

De penis eccliasticis contra Lutheranos


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
15 — II
8 M



DE POENITENTIA ET CONFESSIONE SECRETA SEMPER IN ECCLESIA DEI OBSERVATA CONTRA LVDDERVM LIBRI II.

Echio
IOHANNE AVTORE

Primitiuę ecclesię ac patrum obseruātias inuenies hic candide lector & letaberis.

Beatissimo Patri & Domino. D. Adriano. VI. Pont. Max.
Iohan. Eckius, Humilem ad Pedes Commendationem.



ROBI ac exasse formati artifices/Pōt. Max. qui corporum formas emulātur, ante omnia capitis modum effigiant: nec in alia mēbra prius lineas destinant quam arcem figurarum consumata habitudine absoluerint. Ita ego Adriane apostolici culminis præsidens, cōtra hæreses ludderanas, omnium antiquoru3 hæreticorum perfidiam ac impietatem, superantes, scripturus, primu3 a capite exorsus sum, hoc est ab ecclesiæ & summi Pontificis autoritate: nam hoc euicto & triumphato: ruituræ erant omnes peruersi hominis aduersus fidem Catholicam, machinæ. Porro cum sacramētum pœnitentiæ uni cum sit peccantium refugium ac medicina. Confessio ipsa, neruus sit totius christiane disciplinæ: Videbar ex re catholicorum facere: Si errata, Impietates, ac hæreses ludderi ac oecolampadii/gladio spiritus/ quod est uerbu3 dei/reseca rem: pristino candori/contra hæreticorum fece3, confessionem restituerem. Curauimus aute3 obnoxius, ut neglectis recentioribus ac neotericis quamuis magnæ ducam eos esse auctoritatis ecclesiæ doctoribus/uestigia ueteris monetæ ab ecclesia receptæ sequeremur: omnia ex fōte hausim9 sacrarum litterarum, & receptissimis ecclesiæ scriptoribus. Quid enim proprium nostrum esse poterit: cū nichil omisit antiquitatis diligentia intactum/ nichil quod ab acclesiæ patribus non sit uentilatum, & excussum. Vtile tamen iudicaui, hoc nostri sœculi hominibus præscribere: cum temere negent ludderani, antiquitus receptā fuisse confessionem. Cum autem in Rep. Christiana, peccatis nostris exigentibus, omnia permisceantur/turbentur, ac tumultuētur. Foris eni3 instat atrocissimus hostis Turcha, christiani san

guinis sitientissimus: Interius uero, præter plebeorum furorem/ac Principum christianorum grauissima bella, execrabilibus erroribus, ac perniciosissimis implicatur hæresibus. In tantis ecclesiæ afflictatæ calamitatibus / maximam de te concitasti expectationem / qui Reip. Christianæ succurrere uelis & possis: Nobis hoc pollicetur. rerum Theologicarum rara & sublimis eruditio/cana prudentia, mox candor inculpatissimus, ac ante actæ uitæ incredibilis integritas. D. O. M: gratia sua ac adiutorio te & ecclesiam suam, non destituat. Sed hunc inte animũ pacandæ christianitatis/cuȝ bona corporis ualetudine/ augeat / promoueat/ ac diutissime conseruet. Ego autem huius libri examen, potissimum amplitudini tuæ subiicere uolui: quod industria tua promptius præstabit suffragium/si bene scripsi: & benignitas/faciliorem spondebit ueniam, si erraui: ne pluribus epistola oneretur/me. S. T. commẽdo. Ex Ingoldestat Bauariæ Idi. Nouemb. Anno Gratiæ M.D.XXII.

✠ In nomine tuo dulcis Iesu.

Proloquium Caput. I.



Vm singula sacramenta in Christo Ihesu, & summe sint veneranda, & ad prime vtilia: non tamen infimum inter ea sortitur locũ penitentia / post baptismum maxĩe necessara / hiis qui denuo puritatis cãdidam vestẽ amiserunt: nullum enim aliud est sacramentum / quod plures animas ex orco liberet, & ad ęternę beatitudinis sedes euehat / ac ipsa pœnitentia. Nã res est pœnitentia tam salutaris atq; frugifera / vt eius comoditates facile oratione explicari nõ possint, velut omnis authoritas clamat, inquit Augustinus / & omnis bonorũ vita conatur ostendere. Quomodo. n. non optima res esset pœnitentia, eodem astipulante / quę defectus reuocat ad perfectũ hominẽ redire facit de morte ad vitam / & remissionem peccatorum impetrat in hoc sęculo / quę valeat in futuro. Quę iratum potens est placare iudicem, vt sacra scriptura testatur. Si clausero cœlũ (ait deus) & pluuia non fluxerit: & mandauero & præcepero locustæ / vt deuoret terram: & misero pęstilentiam in populum meũ. Conuersus autem populus meus / sup quos inuocatũ est nomẽ

meum, deprecatus me fuerit: & exquesierit facie3 meam: & egeret pœnitentiam a viis suis pessimis: Ego exaudiā e cœlo. ℂ At quā præstabilis res est pœnitētia, Si quis ea recte vtatur: tam pernitiosus est error, qui eā lacerat & discerpit. Ob hāc rem sancti patres nō parū sudarūt ad hæresim Nouatiani extirpandā: q primū schysma in ecclia dei suscitauit: quod Fabiano Romano Pont. martyrii aureolā adepto hic impie se ingessit aduersus S. Corneliū papā electū: vt pluribus hęc res agit a S. Cypriano in epistolis. Et vt nouum foueret schysma, nouū quoq; inuexit errorē/ Relapsis in peccatū post baptisma / pœnitentiā negās occasione ex verbis apostoli male intellectis accepta, dū ad Hebræos inquit. Impossibile est eos q semel sunt illuminati/ gustauerunt etiā donū cœleste, & participes facti sunt spiritussancti. Gustauerunt nichilominus bonū dei verbū, virtutesq; sœculi vēturi, & prolapsi sunt/rursus renouari ad pœnitētiā / rursum crucifigētes sibimetipsos filiū dei & ostentui habētes: at hæc impietas per S. Cyprianū. S. ambrosiū. S. Augustinū & Romanos pontifices cōfestim fuit extincta. Eo tñ errore videt fuisse infectus Iouinianus: qm̄ illius fuit sententię Hieronymo referēte/ vt q spiritu baptisati essent/ tētari a dyabolo nō possent: quā hæresim Hieronymus sacrę scripturę testimoniis grauiter reiicit Surrexerūt aliis tēporibus alii errores/ ecclesiasti

cis patribus semper strenue veritatẽ defendẽtibus
¶ Nouissime ab aqlone vnde pãdetur omne ma
lũ/venit lerna illa maloꝝ Ludder/oĩa ĩuertẽs mu
tãs & destruens, quicquid est religiõis, quicqd est
fidei/morũ/ honestatis/ vel ecclesiasticæ traditio
nis. Hic cũ aliqua sacramẽta omnino extra ordi
nẽ religauerit: alia sic manca / mutila / & imperfe
cta reddidit: vt si firma eius debeat esse sententia:
actum sit iam de ecclesia dei/tantis sacramentorũ
orbata & destituta præsidiis. Quam eius pestilẽ
tissimã hæresim cõtra singula ecclesiæ sacramẽta
Serenissimus anglie rex & Franciæ Henricus hu
ius nominis viii. fidei ꝓtector/ edito libro explo
sit robustissime. Multis aũt incõmodis Ludder
sacramentũ pœnitẽtiæ affecit: & confessionẽ secre
tã/quã verborũ nouatores auricularẽ & clancula
rẽ nũcupare cæperũt / ignotã patribus & ecclesiæ
primitiuæ ac martyrũ fuisse cõtendit / & liberam
eã esse, nõ præceptam: in quã sententiã insigniter
quoq; furit Oecolampadius/& vrbanus Rieger
simili ducitur perfidia. ¶ Tantæ aũt iniquitati/
tot erroribus/qs fideliũ negabit/celerrime fore oc
currendũ: cũ male plantatũ (vt Orosius ad Au
gustinũ inquit) adeo inualuerit, vt ẽt aliqbus lo
cis præualuerit/multis millibus hominũ cõfessio
nẽ in sacro paschæ festo omittẽtibus. Ad deuelã
das Itaq; hæreses & imposturas Ludderi ac Oe
colãpadii. conabimur ex sacris litteris/ex cõciliis

& patribus ostēdere semp fuisse in eccl'ia dei post Euangeliū pmulgatū, confessionē: quæ oīa rece ptissimis firmabimus hystoriis: vt nullus fidelis ecclesię catholicæ filius/deinceps vācillet: quin sa cramenti pœnitentiæ dispensatio / sicut modo fit peccatore secreto cōfitēte/ & sacerdote absoluēte, Ita a colūnus ecclesiæ / sctīs aplīs sit tradita / & au thoritate christi pcepta. Duo tamē hic præfabor. primū nolle me figere pedem in solemni pœnitē tia: nisi quaten⁹ diuersarii ea3 priuatæ miscuerint. Alterum est nihil hic a me asseri, sacræ scripturæ aut ecclesię aduersum: sed tantum dixisse volui/ quantum a sede petri/ & Adriano vi. in ea sedente fuerit approbatum: & quæ iudicauerit expungen da/iam expuncta volo.

Diuisio pœnitentię, & de primo de pœnitentia solemni. Capitulo. II.



Reter pœnitentiam interiorem/ quæ contritio incepit nominari: veteres etiam detritionem nomi narunt, Esaiam imitati / asseritur a catholicis pœnitentia exterior, ad quam confessio delictorū necessaria est: de qua hic precipua nobis cura est. Vnde altius nos or diri oportet/ & omnem pœnitentię materiam hic excutere: quod varios vsus ecclesię ignorātes, plu rimum hic hallucinentur. Vt autem significan

tius ac distinctius omnia in medium proferamus operepretium fuerit varios illos modos pœnitentiæ secernere atq; seiungere: quo sanctorum conciliorum atq; patrum sententię rectius intelligātur: Sanctorum enim excutienti libros mox in praxi ecclesiæ triplex occurrit pœnitentia solemnis, publica, & priuata. Solemnis pœnitentia est quæ ab episcopo / aut eius speciali mandato alicui imponitur propter enorme & vulgatissimū crimen Vrbem aut multitudinē commouens imponitur itaq; hæc prima pro grauioribus, horrēdis ac manifestis peccatis / & extra ecclesiā in cinere & cilicio publice peragitur. Modus huius pœnitētię in Agathensi explicatur concilio capite xi. in capite quadragesimæ omnes pœnitentes qui publicā suscipiunt aut susceperint pœnitentiā, ante fores ecclesiæ se repræsentent episcopo ciuitatis / sacco induti, nudis pedibus / vultibus in terram prostratis, reos se esse, ipso habitu & vultu pclamantes: Ibi adesse debent decani / idest archipresbyteri parochiarū presbyteri pœnitentiū qui eorum cōuersatione inspicere diligenter debent: & secundum modū culpæ pœnitentiā per pręfixos gradus iniungant. Post hæc eos in ecclesiam introducat: & cū omni clero septē pœnitentiæ psalmos in terrā prostratus cū lachrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc ea surgēs ab oratione, iuxta quod canones iubent, eis manus impo

Triplex pœnitentia.

Agathense cōcilium.

nat: aquã benedictã super eos spargat: cinerẽ pri-
mittat: deinde cilicio capita eorum operiat: & cũ
gemitu & crebris suspiriis denunciet eis: quod si
cut Adam proiectus est de paradiso: ita & ipsi ꝓ
peccatis ab ecclesia abiiciuntur: post hec iubeat
ministris / vt eos extraianuas ecclesiæ expellant.
Clerus vero prosequatur eos cũ Responsorio.
In sudore vultus tui vesceris pane &c. vt vidẽtes
sanctã ecclesiam pro facinoribus suis tremefactã
atq; cõmotam / non parui pendant pœnitentiam:
in sacra autẽ domini cæna rursus ab eorum deca
nis & eorum presbyteris / ecclesiæ liminibus præ
Gratianus sententur. Scio quod gratianus renarrat istum
canonem concilii in decreto suo dis. l. a quo alicu
bi variaui hic lectionem: sed ego antiquum exem
plar scriptum concilii Agathẽ. secutus sum: in
quo lxix. huius concilii continentur capitula.
¶ Hanc pœnitentiæ formam singulis annis age
bant / quam diu in pęnitentium numero contine
Nicholaus bantur vt ex epistola Nicholai papæ ad frõtariũ
archiepiscopum Burdegalleñ. liquet. Nam in a
liquibus sceleribus non admittebãtur ad commu
nionis sacramentorum gratiam ante triennium,
sicut in prefata epistola liquet / & ea quam scripsit
Radulpho episcopo Argentorateñ. super matri
Eps Argen toreñ. cida. Et completis annis pęnitentiæ / tunc recon
ciliabantur solemniter per episcopum ecclesiæ ca
tholicæ: quia alteri sacerdoti non licebat recon

ciliare pœnitentes ſicut a Carthaginenſi conſtitu tum eſt concilio, fortunato epiſcopo ſuggerente: & fuit concilium ſecundum Cartaginēſe cap. ii. Niſi pœnitens fuiſſet in periculo conſtitutus / vt mortis/ vt Aurelio ſuggerente in iii. capite eiuſdē concilii deciſum fuit: licet varietas criminum ēt varietatem expoſtularit pœnitentiarum: qui ori ginalibus caruerit: legat Gratianum xii. q. ii. de viro. & xxxiii. q. ii. latorem: vbi Nicholai decre ta recitantur. ¶ Hæc ſolemnis pœnitētia mul torum charitate, in eccleſia ſeneſcente, frigeſcente ex vſu eccleſiæ ablata eſt/ laycis tantum onus om nino non tollerantibus licet prius deſierit illa ſo lemnis pœnitentia in eccleſia Conſtantinopolita na / quam Romana. Ita & meminit Zoſomenus in tripartita hyſtoria libro. ix. ſi exactius pēletur: & ſimul modum exprimit huiuſmodi pœniten tiæ in occidentalibus eccleſiis et maxime apud vrbem Romam / ſeruari ſolitum vbi & certus ſit pœnitentium locus: inquit autem ſic. Stantes aūt rei, & velut in lamētationibus conſtituti/ dum ſa cra celebratio fuerit ad impleta: illi communio nem non percipientes, cum gemitu & lamentatio ne ſeipſos in terra proſternunt. Ad quos concur rens epiſcopus, & ipſe cum lachrymis gemitu ſpi rituali proſternitur: & omnis eccleſiæ plebs fleti bus inundatur. Poſt hoc aūt prior ſurgit epiſco pus: & eleuat iacentes a terra tunc competenter.

Cartagien. concilium.

Gratianus.

Zozomenus.

pro pœnitentibus facta oratione dimittit omnes: At illi afflictionibus sponte vacantes / & aut ieiuniis, aut abstinentia lauacri/aut suspẽsione ciboꝝ, aut rebus aliis quæ iubentur, expectant cõmune tempus quod decreuit episcopus. Cõstituto vero tempore velut quoddã debitũ exoluẽtes, afflictione peccatoꝝ curati / cum populo cõmunionẽ participant. Congruit istud quod de episcopo dicitur. Agathensi concilio, similiter & de presbyteris pœnitentium: In quorũ vicem charitate Christi deficiente iam & declinãte, multo mitiorem pœnitentiã clerus cogitur, ẽt sceleratissimis exhibere: Vmbrã autẽ huius pœnitentię adhuc seruari in ecclesiã, testificabuntur hi qui tempore cęnæ dñi in ecclesiis cathedralibus fuerũt / expendentes quis ritus tunc pœnitentium obseruetur: Sicut hodie pœnitentiarii papæ, pœnitentiarii episcopoꝝ / personã gerunt presbyteroꝝ pœnitentiũ antiquitus in ecclesia constitutorũ: nisi quod ex mandato episcopi reconciliationẽ ruet impendũt episcopis circa dignitatẽ & vtilitatẽ ecclesiæ in rebus prophanis / plusq̃ circa animas pœnitẽtium occupatis. ¶ Præstat tamẽ huius solemnis pœnitẽtiæ symulachrũ referre/quod hodie extat, veteri instituto/in Halberstatensi ecclesia in Saxonibus. Illud aũt est huiusmodi, Pio.ii. Pontifice in Europa renarrante. In hoc templo (Halberstatensi intellige) singulis annos / vnus ex populo

Aen.Syluiꝰ

deligitur/qué peccatis grauioribus inquinatū put tant: hunc veste lugubri induūt: & obuoluto capi te prima ieiunii die ad templū ducunt: Indeq̧ p actis diuinis officiis eiiciunt: Is quadraginta die bus nudis pedibus perambulat vrbem: & ędes sa cras circuit: neq̧ ingreditur / neq̧ quéquam allo quitur. Inuitatus a canonicis per vices/quod ap ponitur comedit. Somnus ei post mediū noctis in plateis permittitur: die Iouis sancta post conse crationé olei rursus ad templū introducitur: & oratione facta a peccatis absoluitur: pecuniasq̧ ei populus offert: quæ tamé templo dimittūtur: hūc Adam vocant: & post hoc ab omni crimine libe rū putant hec Pius. Expende lector antiquū ec clesiæ morem in hoc Adamo obseruari: qui ex tra ecclesiā eiectus, in cæna dñi ad ecclesiam resti tuitur: hoc antiquitus obseruatū & Innocētius pa pa. i. monstrat esse Romanæ ecclesiæ consuetu dinem. Innocen. Sother.

Solemnis pœnitentia nō reiterabatur: licet lapsus ad pœnitentię sacramentū admitteret. Ca. III.



Vm autem insequentibus sępius nobis occurrent sanctorū patrū de pœnitentia solemni sententiæ discutiendæ: Vsui nobis pluri mū erit, de ea prolixius disserere etiā si iam in dissuetudiné abierit / quo certius le Sollēnis pe nitentia se mel fit

ctor dicenda omnia intelligat. Et primis hoc pe culiare fuit pœnitentię solemni / quod non rei terabatur: hoc sanctorũ patrũ liquet testimoniis / & ratione non vacat. Nam ita inquit Origenes Homelia xv. super leuitico. Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit / quæ non in crimine mortali, non in blasphemia fidei, sed vel in sermonibus / vel in morũ vicio consistat: hoc est vendidisse domũ quæ in agro est, vel in vico cui murus non est. Hæc ergo venditio huiusmodi culpa semper re parari potest. nec aliqñ interdicitur tibi de huius modi cõmissis pœnitudiné gerere: In grauiorib⁹ enim criminibus semel tantũ, vel raro pœnitẽtiæ cõcedit᷑ locus ista vero cõmunia / quæ frequenter incurrimus, semp pœnitentiã recipiũt, & sine in termissione redimũtur: non.n. hic Origenes insa nũ Mõtani & Nouati asserit dogma negantium pœnitentiã reiterari posse: sed solemné nõ vult rei terari. Et hic per cõmunia intelligit peccata venia lia & mortalia non enormia. ℭ Similis est intel ligentia verborũ Augustini in secũda epistola ad macedonium, & est liiii. in ordine. In tantũ auté hominum aliqñ iniquitas progreditur: vt etiam post actam pœnitentiã / post altaris reconciliatio né, vel similia vel maiora committat: & infra Et quãuis eis in ecclesia locus simillimę pænitentiæ non concedatur: deus tamen super eos patientiæ suę non obliuiscitur. Et infra. Quamuis ergo cã

Origenes.

August.

te salubriterq; preuisum sit: vt locus illius humil limæ pœnitentię/semel in ecclesia concedatur: ne medicina vilis minus vtilis esset ęgrotis: quæ tan to magis salubris est/quanto minus contemptibi lis fuerit: quis tamē audeat dicere deo: quare huic homini/qui post primā pœnitentiam rursus se la queis iniquitatis obstringit: ad huc iterum parcis Quis audeat dicere erga istos non agi/ quod apo stolus ait Ignoras quia patientia dei ad pœniten tiam te adducit. Et hic quoq; liquet semel dumta xat fuisse locum pœnitentiæ in ecclesia / quod de solemni intelligendum est/alioquin Montani & Nouati accederet impietati. Renarrant hec ver ba & Petrus longobardus & Gratianus: & hic q dem repetitis vicibus I. dis. & de peni. dis. iii. Et causam quoq; assignat hic augustinus/cur non re iteretur, ne s. vilescat. ¶ Sic & B. Ambrosius li. 2. de penitentia cap x. inquit. Merito reprehēdū tur/qui sępius agendam pœnitentiam putant: qa luxuriantur in christo. Nam si vere agerent pœ nitentiā / iterandam postea non putarent, quia si cut vnum baptisma/ Ita vna pœnitentia /quæ tan tum publice agitur. Nam quo tidiani nos debet pœnitere peccati, sed hec delictorum leuiorum, Illa grauiorum. Et sequenti cap de pœnitentia inquit, Quæ si semel fuerit vsurpata nec iure cele brata/ nec prioris obtinet fructū: & vsum aufert posterioris liquet ex S. patre hic apertissime/quo

Ro.2.
Lōgobardi
Gratianus.
Ambros.

modo duplicē afferat pœnitentiā vnā publicam/ quā negat reiterandā/quæ grauiorū sit delictorū: alterā secretā,leuiorū delictorū. ¶ Ratio autē cur sancti patres noluerūt illam solemnē pœnitentiā reiterari/iam fuit reddita per Augustinum:ne medicina ex sui reiteratione vilesceret. Et quod huiusmodi pœnitens eiiciebatur extra ecclesiam. Sicut Adā eiectus fuit extra paradisum terrestrē: vt Responsoriū meminit superius citatum. Modo primi parētes semel dumtaxat expulsi sunt de paradiso: vnde durante huiusmodi pœnitētia nūquā toto anno ingrediebātur ecclesiam/ nisi a cæna domini vsque ad octauas paschæ Monitus sit itaqȝ studiosus lector, vt sanctos patres de solemni pœnitentia intellexisse verba illa aduertat. Et nullo pacto Montano & nouato cōsensisse: cum omnes catholici in hanc cōcedant sententiā/ quod cum quottidiana sit offensio/ ēt quottidiana sit remissio: Ideo septies in die resurgit iustus. Et petro saluator dixit, vt nō modo septies/ sed septuagesies septies/fratri suo peccatū dimitteret. Hoc tamē prioribus addendum/ in aliquibus ecclesiis reiteratā fuisse pœnitentiam solemnē/ quod Gratianus inquit in c. Nichil prodest de pœni. dis. iii. Et illud quoqȝ addendum. Cum mos fuerit ecclesiarum non reiterari pœnitentiā solemnem/ Neminem ex hoc suspicari/ tam immitem fuisse nouercam primitiuam ecclisiam,quod filio quā

Solēnis pe/nitētia non reiteratur.

prouer. 24.

Math. 18.

Gratianus.

tumuis criminoso, redeunti gremiū misericordię non aperiret: quod an te vltima suspiria alicui salu tis viam precluderet. Nam ex augustino colligi tur / quod apud Macedoniū intercesserat pro la sis post solemnem pœnitentiā: quos voluit in cha os desperationis pręcipitari. Nam ita pulchre in ducit lapsum post pœnitentiā solemnem, causam suam coram catholicis episcopis agētem. Aut da te michi eundem iterum pœnitendi locū. Aut de speratum me pmittite / vt faciam quicquid libue rit/quantum meis opibus adiuuor/& humanis le gibus non prohibeor, in scortis omniq; luxuria: Aut si me ab hac nequicia reuocatis: dicite vtru; michi aliquid prosit ad vitam futuram. Si in ista vita, illecebrosissimę voluptatis blandimenta cō temsero. Si libidinem incitamenta frena uero. Si ad castigandum corpus meum, multa michi etiā licita & concessa subtraxero. Si me pœniten do vehementius quā prius excruciauero. Si mise rabilius ingemuero, si fleuero vberius: si melius vixero &c. quis nostrum ita desipit/ vt dicat huic homini. Nichil tibi ista proderunt imposterum. Vade saltem huius vitę suauitate perfruere: auer tat deus tam immanē sacrilegāq; demētiam. Hic habet quod dixi / quod etsi in ecclesia prouisum olim fuerit / vt semel locus daretur pœnitentię so lemni tamen excidenti ab eadem, ecclesia non de negauit pœnitentię sacramētum: vt hic ex Augu Augu.

ſtino liquet. Non tamen potui inuenire / quo pa
cto is ab eccleſia tunc recipiebatur. Si illa ſolem
nitas pœnitentiæ non obſeruabatur. Nam ex
Cartagiñ. concilium pluribus canonibus concilii Cartagineñ. liquet
celebrem fuiſſe pœnitentiũ receptionẽ per impo
ſitionem manuum: nam ita legitur c 23. concilii
tertii. Vt presbyter inconſulto epiſcopo nõ recõ
ciliet pœnitẽtẽ: niſi abſente epõ neceſſitate cogen
te. Cuiuſcunq; pœnitentis publicum & vulga
tiſſimum eſt crimen / quod vniuerſalem vrbẽ cõ
mouerit/ante apſida manus imponatur ei: ἀψῖδα
arbitror fuiſſe teſtudinẽ in introitu eccleſiæ. Sic
c. is qui.: 6. q. 6. in iiii. concilio Cartagiñ. canone lxxv decernit/
presbyterum debere pœnitẽtem infirmum recõ
ciliare per impoſitionem manus: & ori eius etiã
phrenetico euchariſtiam infundere. Et canone
lxxvii. ſtatuitur, pœnitentem infirmum / etiam ac
cepto euchariſtiæ viatico, non debere arbitrari
ſe abſolutum, Si ſuperuixerit, ſine manus impoſi
tione. Immo in canone tertio ſequenti, præcipi
tur omnibus diebus ieiunii / manus imponi pœni
tentibus: Ex iſtimo autem Fabiolam huiuſmodi
pœnitentia peccatum diluiſſe adulterii: quod vi
cioſo marito dimiſſo, eo viuo, alteri adhæſerat: de
Hierony. qua ſic ſcribit Hieronymus in Epitaphio eius ad
Oceanum. Quis hoc crederet, vt poſt mortem
ſecundi viri, nõ ſemel reuerſa (quod tempore ſo
lent viduæ negligẽtes, ex cuſſo ſeruitutis iugo age

re se liberi⁹, adire balneas, volitare p plateas, vul
tus circũferre meretricis) saccũ íduere͡t: vt errorẽ
publice fateref: & tota vrbe spectãte Romana ãte Lateraneñ.
dié paschæ in basilica quondã laterani (qui Cæsa
riano trũcatus est gladio) staret in ordine pœnité
tiũ, episcopo, p̃sbyteris & omni ppl̃o collachry
mãtib⁹, sparsum crinẽ, ora lurida / & squalidas ma
nus, sordida colla submitteret? q̃ peccata flet⁹ iste
nõ purget: quas inueteratas maculas hec lamenta
nõ abluant? Et infra. Aperuit cũctis vulnus suũ /
& decolorem in corpe cicatricẽ / flens Roma con
spexit: dissuta habuit latera / nudum caput / os clau
sum. Non est ingressa ecclesiam domini: sed ex
tra castra cum Maria sorore Moysi separata cõ
sedit: vt quam sacerdos eiecerat, ipse reuocaret.
Descendit de solio deliciarum suarũ: accepit mo
lam / fecit farinam: & discalciatis pedibus trãsiuit
fluente lachrymarũ: Sedit super carbones ignis:
Hi ei fuere in adiutorium: faciem per quam secũ
do viro placuerat, verberabat oderat gemmas: lí
teamina videre nõ poterat: ornamenta fugiebat.
Sic dolebat / quasi adulteriũ cõmisisset: & multis
impẽdiis medicaminũ, vuln⁹ sanare cupiebat. hec
Hieronym⁹ de fabiola: quã austeritatẽ pœniten
tiæ / si ad nr̃a conferem⁹ tpa / iudicare nos oportet /
nec tantillũ feruoris xp̃iani esse in nobis: quod tñ
ludder penit⁹ delere cupit cũ suis / confessionẽ de
lẽdo, & pœnitẽtiã adhuc largiorem faciendo.

An sacerdotibus & magnatibus solemnis fuerit iniuncta pœnitentia. Cap. iiii.



Vrante autem illa pœnitētia, nō ingrediebantur vt diximus ecclesiam nisi in cæna domini vsq; ad octauā paschæ. Et quia labe infamię aspergebatᷣ pœnitens. Ideo nulli clerico solemnis imponebatur pœnitentia, ob status sacerdotalis dignitatem. Extat super ea re cap. xiiii. inter decreta Siricii papę Illud quoq; par fuit nos prouidere: vt sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum. Ita post pœnitudinem ac reconciliationē / nulli vnquam laicorū, liceat honorem clericatus adipisci quoniam quamuis sint omnium peccatorū contagione mūdati: nulla tñ gerendoꝝ sacramētoꝝ debent instrumēta accipere: qui dudum fuerūt vasa viciorum. Quod non ita accipiendū est / ꝙ clericus nō sit sacramenti pœnitentiæ capax: sed qđ nō publice solemnitas pœnitentiariorū, cum eis obseruabatur. Quod postea expressius in Cartaginensi concilio quinto sancitū est cap. xi. Item confirmatū est, si quando presbyteri vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint: qua eos a ministerio necesse sit remoueri ad tēpus, non eis manus tanquam pœnitentibus vel tanquā fidelibus laycis imponatur: liquet & sacerdoté non potuis

Sirinus.

se subire publicam pœnitentiam solemnem. Nec eum qui subierit, posse in clerum promoueri. Quod intelligendum puto/nisi a ministerio suo perpetuo deponatur: quia clericus depositus sic quo ad pęnas laycis ęquiparatur. Non tamē clericorum peccata propterea manserunt impunita/ sed alio modo eis imposita est delictorum emenda: qui ecclesiæ satisfacerent. Meminit adhuc explicatius. Leo papa in quodam canone/qui est michi nonus inter decreta illius. & secundus eorum quos scripsit ad rusticum Narbonēn. Episcopum (facilius esset michi citare Gratianū l. dis. alienum: at volo lectorem nichil hęsitare de allegatis: ideo vt maiorem apud eum habeant fidem/quottum originalis adduco) Alienum est inquit, a consuetudine ecclesiastica/vt qui presbyterali honore aut diaconi gradu fuerint consecrati/hi pro crimine aliquo per manus impositionē remedium accipiant pœnitendi: quod vtiq; ex apostolica traditione descendit/secundū quod scriptum est. Sacerdos si peccauerit, quis orabit pro illo? Vnde huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiā dei / priuata est expetenda secessio: vt illis si satisfactio fuerit digna, fit etiā fructuosa. ¶ An autē tempore Martyrum in solemni pœnitentia, etiam sit habita ratio sacerdotū est satis ambiguū: quod B. Cyprianus de solemni pœnitentia videatur loqui in epistola ad fidū: vbi The

Cartagiñ. concilium

Leo

rapius episcopus victori presbytero antequã egis
set plenã pœnitentiã / & antequã satisfecisset deo/
in quẽ deliquerat/præpropere pacẽ dederat. Qđ
solemnis fuerit ex sequẽtibus liquet: qm̃ ęgre fert
Cyprianus Cyprianus/quod cõtra decreta/ante legittimũ tẽ
pus satisfactionis / & sine petitu & conscientia ple
bis, nulla infirmitate aut necessitate vrgente pacẽ
ei cõcesserit: licet pacẽ semel datam / nõ putauerit
auferendã/ sed victori traditã sibi cõmunicationẽ
permittendã. ¶ Forte cũ presbyteri primitus
etiã solẽni pœnitentia onerarẽtur, postea autorita
te patrũ rigor ille sublatus est a presbyteris / sicut
iã et in laycis desiit. Quoniã magna cõtigit va
rietas in his canonibus pęnitẽtiariis: cũ aliqui epi
scopi erant nimio rigore seueri: Alii insigni cle
mẽtia mites: Id quod ex epistolis Augustini &
Cypriani passim intelligi potest, & legenti antiq
pœnitẽtiaria, sæpe occurret. Et hanc canonũ va
rietatẽ pulchre excusat S. Cyprianus in epistola
ad Antonianũ/quomodo non rũpat vinculũ vni
tatis ecclesiasticæ. Verba elegãtissimi Martyris
audiamus. Et quidẽ apud antecessores nostros q
duidã de episcopis istinc in prouintia nostra dan
dã pacẽ męchis non putauerũt: & in totũ pœnitẽ
tiæ locũ contra adulteria clauserunt: non tamen a
episcoporum suorum collegio recesserunt: aut ca
tholicæ ecclesiæ vnitatem, vel duricie/vel censu
ræ suæ obstinatione ruperunt: vt quia apud alios

adulteris pax dabatur / qui nō dabit de ecclesia se pararetur. Manēte cōcordiæ vinculo, & perseuerante catholicæ ecclesiæ indiuiduo sacramēto / actum suum disponit & dirigit vnusquisq; Episcopus / rationem propositi sui domino redditurus: hec Cyprianus. ℭ Porro sicut authoritas patrū ob honorē sacerdotalis dignitatis noluit clerum pœnitentia solemni grauare: ita a paritate ratiōis volūt aliqui nec laycos dignitate fulgentes in cætum pœnitentiū fuisse publice redactos: id quod iuniores etiam testantur Richardus & Bernh. gloss. At qua autoritate id faciant / ipsi viderint: Hoc ego in Paulino lego de vita Ambrosii ad Augustinum / cum Theodosius qui fasces imperii tenebat ciuitatem Thessalonicen̄. gladio percussisset / diuus Ambrosius ei copiam ingrediendi ecclesiam denegauit / nec prius dignum iudicauit cætui ecclesiæ / vel sacramentorum communioni / quam publicam ageret pœnitentiam. Cui Imperator contra asserebat. Dauid adulterium simul & homicidium perpetrasse. Sed ei illico responsum est. Qui secutus es errantem, sequere corrigentem / quod vbi audiuit clementissimus Imperator, eo suscepit animo / vt publicam pęnitentiam non abhorreret. Maximū quoq; Gratiani imperatoris occisorem, pęnitēria illa onerauit: quam tn̄ ferre respuit / de quo sic inquit Paulinus. Ipsum vero Maximū a cōmunionis

Richard. Barth.

Paulinus

Ambrosius i Theodosium.

Paulinus.

consortio segregauit: admonés vt effusi sanguinis domini sui, & quod est grauius innocétis, ageret pœnitentiam: Si sibi apud deum vellet esse cósul tum Et de Theodosio scribit Ambrosius in epi stola ad eum. Offerre non audeo sacri ficiũ/ si vo
Ambros. lueris assistere: an quod in vnius innocétis sangui ne non licet / in multorum licet? Non puto:

Magna quoq; fuit ciborũ discretio apud pœ nitentes, vt canones pœnitentiarii indicant: quod si quis ęgestate oppressus, ęsculenta sibi compara re nequibat publicis ecclesiæ sumptibus eius ino piæ cósulebatur, testis est S. Cypranus Euagrio scribens/ super histrione. Vbi inter alia sic inquit.
Cyprianus Quod si pęnuriam talis & paupertatis necessita tem obtendit: potest inter cæteros / qui alimentis ecclesiæ sustinentur, huius quoq; necessitas adiu
discretio ciborum. uari si tamen contentus sit frugalioribus & inno centibus cibis. Gemat hic ludder cũ suæ impie tatis complicibus/ negantibus discretionem ciba riorum apud Christianos cum hic S. Martyr p̃ cipiat illum vti cibis innocétibus: reipsa explicás cibos aliquos esse nocétes. Qui voluerit Cypria
Cyprianus num videat / quomodo p̃mature pax sit data pę nitentibus tempore persecutionis. Libro enim primo ponitur epistola xxviii. episcopo℞ ad Cor nelium papá. Et hoc etim non ignoret lector, té
Confessionalia. pore persecutionis tyrannicæ in Christianos/ si q lapsi fuissent / his libelli dati soliti erant, hoc est

ſthedæ quædam teſtificatoriæ / puta Cõmunicat ille cum ſuis, vnde S. Cyprianus in epiſtola ad Cõfeſſores & Martyres / noluit ſub generali nomine illos coniunctos ad cõmunionem & pœnitentiã recipi: ſed quod ſingulorũ nomina ſigillatim quoq; exprimerẽtur. Et non te prætereat qđ eam epiſtolam ſcripſit in exilio ex ſurabulis. Et omnino epiſtolam de lapſis ad Antonianum nõ prætereas vbi cauſam exponit cur libellaticos ipſe cũ cœpiſcopis receperit, hoc eſt eos qui ſe pecuniis ab Idolorum cultu redemeriant/ſimiliter lapſos tempore perſecutionis prępropere admiſerit, non obſeruatis ſtatis temporibus: quę omnia diligens lector videre poterit.

beichtzedel Cyprianus

Libellatici

et ſermone pe lapſis

Canones pœnitentiarii defenduntur contra melãchthonem: & aliqui enumerantur: ac radix indulgentiarum explicatur. Cap. v.



T autem maior cognitio huius pœnitentiæ habeatur, præſtat canones aliquos renarrare de duratione pœnitentiæ qui tamẽ canones pro varietate temporũ multipliciter variati ſunt. Hoc vnum tamen præmittere velim / ſaluberrimos canones pœnitẽtiarios eſſe vetuſtiſſimos, quod & Tertulliani temporibus fuerint, & Cypriani: qui ſatis propinqui fuerunt primitiuæ eccleſiæ apoſtolorum / & ipſi in eccl'ia

canones penitẽtiales.

martyrũ. Et quanto erant propinquiores fantali origini salutis euangelicę: tanto canones seuerio res erant in corrigendis emendandisq; peccatis.

In Melan chtonem.

¶ Vnde malanchtonis hęretici duplex confuta tur insania pręcox Ludderi discipulus, mox incipiens esse magister, librum edidit/de locis cõ munibus Theologiæ inscriptum inquo vesani p̄ ceptoris insanus discipulus, impietates & blasphe mias exposuit. Et inter alia asserit. Canones pœ nitentiales primũ a concilio Nicæno positos: & ab his cępit obtenebrari veritas Euengelica: pri ma aut impietas iam ruinatur: cum & Tertuliani & Cypriani temporibus certa fuerint expiando rũ criminum decreta. Et conciliũ Nicęnum te statur debere obseruari antiquæ legis regulas, ap te docet etiam ab antiquo fuisse regulas pœniten tię. Maxima autem impietate seuit insanus gram maticus in sanctum Nicænum concilium/ quod omnium semper sanctissimum est habitum. hunc enim neuũ ei impinguit/ quod eius constitutioni bus Euangelium ceptum sit obscurari: cum in nullo alio concilio ęque splendor solis Euangeli ci claruerit, velut in illo. Spiritusancto visibiliter supra patres. Teste Calcedonensi concilio, conce dente ac apparente. O scelestam & blasphemam linguam quæ tam sanctum & vetus concilium/ ab omnibus catholicis am annis ferme. M. & CC. receptum, serpentino morsu, rodere &

concilium Nicænnm

Impietas Melanch onis.

lacerare audet. Quis catholicus & Christian⁹, tantam ęquo animo feret, impietatem/maledicentiam ab homine grammatico / ex Diomedis & Prisciani schola/ in diui Pauli sanctissimam scholam irrumpente. Videant principes hos schysmaticos viros Belial in suis dominiis tollerãtes. an veri & legittimi sint sanctæ matris ecclesię filii qui serpentes hos patiuntur materna viscera discerpere. Exactissimam proculdubio reddituri in districto iudicio/pro tam scelerato flagicio/ rationem: longe aliter senserunt prisci Germani imperatores & principes: q iudicia illa peccãtium serio obseruari pręceperunt. Et vt sacerdotes canones illos callerent seueriter mandarunt. Nam Theodorus archiepiscopus cum Adriano abbate (vt Platina testatur: & ante eũ Beda in Chronicis) fuit missus a Vitelliano Pontifice in Angliam/vt populum in fide prædicationibus & exemplo continerent. Is librum scripsit quo declarauit: quia pęnitentia vnum quodqꝫ peccatum diluí posset. Ex cuius libro plura Gratianus in suum transtulit Decretum: Accepta ab illo forma Beda, Rabanus: Bonifacius / simili argumento ecclesiastica pœnitentium iudicia sunt prosecuti. Horum sanctorum temporibus: non obscurata/ sed illustrata fuit Euangelii veritas: quod in Anglia & Germania patuit, hystorias breuitatis studio non recenseo. Cum vnius sanctus Mar

in pricipes

Germani principes ueteres.

Theodir⁹ Platina. Beda. Vitellian⁹.

Gratianus. Beda Rabanus Bonifacius

tyris Bonificii gesta, hoc abunde prebent:
Bonifacius qui archiepiscopatũ a Vuormatia in Moguntiã transtulit: quattuor sedes episcopales in Baioaria fixit/salthburgeñ. patauieñ. Ratispoñ. ac frisingeñ. Cóstituit quoq; episcopum Herbipolésem: Et eiecto Idolorum cultu ex Thuringis & Hassonibus/in Ertphurdo quoq; sedem Episcopalé constituerat: licet per successoré eius in Moguntina sede, Ertphurdeñ. ecclesia ad gremiũ matrenũ fuerit reuocata. Quod si probe expenderim⁹ & tempora nostra, quibus spretis pęnitẽtionariis canonibus/ferme nullo rigore detinentur pœnitétes/ad tempora conferamus/quibus in vsu fuerũt canones/verissimum erit, obscuratam Euangelii lucem per non vsum canonum pœnitentiariorũ: tantum abest suo deprauatissimo dicto hæreticus ille Melanthon grammaticus, a veritate. Nec ꝑderit ei (licet non citet) quod Innocétius papa
Innocen. ad Tholosanum scripsit concilium/obseruandos esse canones apud Nicæam de pœnitentibus constitutos: nam per hoc non poterit probare, canones pœnitentiæ antea non extitisse. Quod si etiã Innocétius hoc dixisset/quod non fecit referendũ
Gratianus esset ad casum in quo loquitur: particulam huius reperies amice lector in Gratiano dis.l.canones. At explosa hæreticorum perfidia & redeam⁹ ad institutum: & terminos agendæ pœnitentiæ a canonibus olim præscriptum ex vetustate renarra

mus:solum eo proposito: vt nostri veterum rigorem ac zelum in diluendis peccatis non ignorēt.

¶ Si quis hominē sponte occiderit vii. annis pœniteat: Si diaconum xiiii. annos pœniteat: si presbyterum xx. & vno annis peniteat. Si quis hominem non sponte occiderit/tribus annis pœniteat: Si in publico bello vno anno pœniteat. Si quis hominē debilitauerit tribus quadragesimis pœniteat Si quod membrū principale alicui abstulerit/tribus annis & dimidio pœniteat. Si quis sodomiticus vel cum pecude semel, septem annis pœniteat/ si consueuit xiiii. annis. Si fornicatus inter femora semel. iiii quadragesimis pœniteat. Si consueuit/tribus annis peniteat. Si paruulus oppressus hoc patit̄/vna quadragesima pœniteat. Si persemetipsum/ duabus quadragesimis pœniteat. Si consueuit: vno anno pœniteat. Si quis adulterat̄ semel v. annis pœniteat. Si sæpius x. annis pœniteat. Si quis raptum fecerit iii. annis pœniteat: & de his vno foras ecclesiam pœniteat. Si quis monialem corruperit vii annis pœniteat. Si quis consanguineā v. annis pœniteat. Si quis diuinatores consulit. iii. annis pœniteat. Si quis sacrilegus vel periurus extiterit vii. annis pœniteat Si quis iurat contra pacem, vno anno pœniteat: & cum elemosynis redimat. Si quis pertinaciter odit, excōmunicetur. Si qua mulier duobus fratribus nupserit. v. annis pœniteat. si quę partum

Canones pœnitentiales.

necat/aut excutit sponte: si iam viuit xiii. annis pę niteat, & semper feria vi. ieiunet. Si mater dormiens filium vel filiam oppresserit iii. annis poeniteat. Si infans alicubi ceciderit & obierit, parés vno anno poeniteat. Si infans mortuus fuerit per negligentiam sine baptismo. iii. poeniteat parens: vno anno ex his foris: ac semper vi. feria ieiunet.

Vide canones Petri Alexádrini

¶ Vide amice lector rigorem patrum in castigā dis subditorum delictis: expende populi feruorē ac obedientiam/quę tāta onera, & tam grauia/magna synceritate suscepit: & peccatorum cicatrices condigna poenitentia sanauerit. Quod si ad hoc sęculum nostrum conferas/tam impatiens laborum/emendarum/satisfactionum/& omnino rebelle. Non solum stupebis/sed ingemisces & alta suspriia trahes ex intimo cordis dolore, populum Christianum, ex tanta & tam honesta disciplina, ad tantam descendisse licentiam. An non existimas mille thesauros indulgentiarum nobis esse necessarios? Iamiam intelligis/qui sint anni/ quæ carenæ (nam nichil omnino interest inter carenam, & quadragenam apud veteres) quibus prosunt indulgētiæ Pontificię/& tolluntur eisdē.

Indulgētiæ Carena

Deus sit nobis miseris peccatoribus: has pęnitentias pro delictis nostris non subeuntibus/clemés & propicius: & secundum magnam misericordiā suam saluos nos faciat. Intelligis charissime lector/quod sicut a temporibus clementis vsq; ad

Innocentium primum / grauiores adhuc fuerunt canones pœnitentiarii/quam etiam recensuimus: ita postea paulatim a septingentis annis cæperunt languere. Et quantum canones decreuerunt/tantum indulgentię Pōtificiæ & episcoporum creuerunt/vti hodierno die experimur eas auctissimas: & hoc ea radice factum intelliges. ¶ Nam charitate frigescente, mox editi sunt canones/quibus constitutus est modus redimendi rigorem canonis pœnitētiarii. Vidimus has relaxationes in vetusto libro ecclesiæ Merseburgeñ. a Bonifacio Martyre/ Germanorum apostolo / constitutas. Vnum tamen canonem relaxatorium in præsentia renarremus. Pro vno die: quem in pane & aqua ieiunare debet l. psalmos genibus flexis in ecclesia si fieri potest/decantet. Si autem/in loco cōuenienti eadem faciat/& vnum pauperem pascat: & eodem die excepto vino carne / & sanguine/sumat quicquid velit. Qui psalmos nō nouit/vnū diem quem in pane & aqua pœnitere debet, diues tribus denariis (hoc est nummis tribus/quorum quilibet valet x.) & pauper vno denario redimat. Aliam taxam fecit Bonifacius / quod diues persolueret tres solidos: mediocris i ß. omnino pauper iii. nummos. Quod cum redemptiones cepissent fieri: Pontifex pro illo bono opere, aut pro alio commutauit opera, a canone pœnitentiali indicta: & pœnas canonis sic relaxauit: vn

Radix indulgen.

de & nomen indulgentiarum proprie descendit. pluribus indicare possem: sufficit studioso radicē negotii demonstrasse.

Quomodo rigor canonum pœnitentialiū olim poterat in vulgo obseruari: & de iniunctione e mendæ. Cap. vi.



Irabire forsan lector/cum tempore Cypriani/Athanasii/Augustini/Gregorii/tantus fuerit pœnitentiæ rigor: quem & in Germania obseruatum nouim⁹/temporibus Christianissimorū principū Caroli Martelli pipini, Caroli magni, ludouici/lotharii &c tam in solemni/quam cōmuni publica pœnitentia: quomodo homines ad eam subeundā fuerint inducti: cum tanta sit iam in hominibus ariditas vt ne minima quidem satisfactionis opera/a sacerdote imposita suscipere velint. At cū deuota christianorum turba CHRISTO ex animo seruiebat maiorq; erat plebis in clerum reuerentia & obedientia. Et qui prælatos ecclesiæ gerebant/viri erant potētes in opere/sermone,& exemplo. Nulli dubium quin homines peccata sua agnoscētes, sua sponte se pœnitentiæ exponerent/& presbytero offerrent. Velut maria Magdalena pœnitentium typus se vltro ingessit conuiuio, pedibus CHRISTI aduoluta/lachrymis lauit:tersit capillis. Super conuiuantes ingressa est, non iussa

Luc.Vii.

venit: inquit Gregorius, imitabile præstans: pœnitentibus exemplum / vt nō vocati ad misericordiam dei per viam pœnitentiæ accedant. Et ita a cópluribus factum ī primitiua ecclesia: nemini dubium esse debet.. ¶ At vbi promptitudo eiusmodi non inueniebatur / tunc apræpositis notorii criminosi ad pœnitentiæ onera subeunda cogebantur: velut S. Ambrosius Theodosium imperatorē ad hoc adegit. Et ex Tolletano colligitᵉ. cōcilio Beatus Rhenanus in proloquio operum Tertulliani refert canonem prius a me nō visum: quo pacto inquisitio criminū antiquitus facta fuerit: & a Nicholao missum ex vrbe suspicatur Ratholdo Argentoracen̄. episcopo. Ego inter lxxiii canones Nicholai, illū reperire non potui. Hu9 tamen æmulos nup vidi apud Reuerēdissimū patrem sebastianū sperantiū, Brixinen̄. episcopū virum & eruditione / & morum integritate: ac rerū agendarum prudentia spectabilem, in Concilio Triburiēsi sub Imperatore Arnulpho ab episcopis Galliæ & Germaniæ celebratum. Lubet igitur ascribere canonem illum. vt Beatus eum renarrat. In concilio publico ab episcopo habito primitus iurare debent de villis singulis fidelissim quiq; liberi & serui, tres vel quattuor: seu etiā plures / vt rei veritas omnino inquiratur. Iuramētum autem illud huiuscemodi esse debet. Quicquid in illa villa / in qua habitat / veraciter sciat,

Grego.

Ambros9.

Tolletani concil.

Rhenanus.

Nichol9.

Brixinen̄. Epus

Inquisitio.

vel ferio audierit actū contra fidem rectā & Christianitatem, Episcopum aut eius nuncium, quantum recordari possit, & scientia subministrat/nō lateat. Post iuramētum vero episcopus per singula numerare debet/quæ prius iuramento comprehendit: hoc est, Si vir semper vxorem suam aliquam clanculo corrupit. Si cum duabus cognatis, siue mulier cū duobus propinquis fornicata sit. Si commatrem spiritalem aut filiolam suam stupro violauit. Si qua mulier partum suum necauit, vel conceptum quocumq; modo excussit. Si quis cognatum suum volūtate an casu occidit seu morbidum fecit: & nec dum ad publicam pęnitentiam venit. Si mulier maritū suum / aut maritus vxorem iniquo consilio interemit Si quis virum aut fæminam veneno: aut aliqua alia potione occidit: & qui hoc s. venenum, machinatur. Si sciant diuinatrices vel augures, etiam illos/ qui p incredulitatem illas inquirant. Si sciant meretrices/quia meretrix appellatur, si vno contempto/ cum aliis fornicatur/licet nupta non sit. Si illos etiam sciant / qui cum excommunicatis communionem habent. Si illos sciant/ qui conuicti sunt periurium perpetrasse. Si & illos nouerint / qui loca non deo dicata contra fidem ecclesiasticā colunt & ad CHRISTI ecclesias venire contemnūt. Illos etiam si sciant, qui indictum ieiunium negligunt. Hec omnia dum episcopus habet re

citata iuratores per iuramentum cōmoneat. Cæteros vero omnes nobiles & ignobiles per bannū Christianitatis constringat/vt supradictas res minime cęlēt: ac si in die iudicii ante tribunal domini nostri IESV christi ræi occultationis præatorum rerum nephandarū inueniantur. Hoc enim indicat, & per bannum contestetur: vt nemo per vllius timorem, nec fauorem, vel etiam amicitiā præfata reticeat veraciter scita/ Neque per odiū: neq; per inimiciciam vllam quicquam alicui interroget/quæ veraciter non possit probare. Horum aliqua si antea in præsentiam episcopi allata essent einsq; iudicio terminata, & postea iterata comperta fuerint: veluti in initio referantur: & episcopali decreto constituantur. hæc inquirendorum criminum formula, qua etiam inuiti ad pœnitētiā agendam: & ad cænam dominicam intrare compelluntur. Ex hac vetustate relictū est, vt Archidiaconi incertis diocesibus in anno bissextili circumeāt: & peccata enormia emendēt. Hactenus de pœnitētia solēni. in qua iucūdissime lector/ Si videbor tibi prolixior: existima in rē tuā & commodū id ad mę factitatū: quo ex fundo/sanctorū patrum scripta exactius intelligere posses. Finem ergo huius rei faciamus: & pœnitentiæ illius formulā Summarie a Cypriano in epistola ad Martyres & confessores/ & sermone de lapsis, memoriæ tenaciter commendemus. Nam primo se

archidiaconi.

Excusatio autoris.

Cyprianus.

presbytero pœnitentium præsentabant: de in pœnitentiam iniūctā iuxta decreta patrum & consiliū sacerdotis perficiebāt: postea Exomologesin, hoc est confessionem criminis publice coram episcopo & clero faciebant: velut modo confessio generalis publice fit. Hinc est, quod hodie ante absolutionē in confessione: prius debet iniungi emēda satisfactoria: licet non sit opus emendam illam prius impleri ante absolutionem, sicut in solemni pœnitentia, in qua re errauit ludder mirum in modū, in resolutionibus suis de virtute indulgētiarū qui id quod sancti patres de solemni pœnitētia dixerunt: hic minus iustus rerum expensor, ad pœnitentię priuatæ absolutionem contorsit: Post cōfessionem expiatur delictum per sacrificium a sacerdote pro pœnitēte factum Deinde per manus impositionem ab episcopo absoluitur & ecclesiæ reconciliatur. Et postea per presbyterum pœnitentiæ suæ ad singulos sacerdotes ducitur: quorū pedibus supplex aduoluitur. Quo facto, pax iā ei data dicitur, & reconciliatio facta: quare cum aliis fidelibus ad communionem sacratissimæ eucharistię admittitur. Quę omnia diligenti trutinato libra studiose lector, & has nostras vigilias boni consule.

Iniunctio emendi.

in Ludder.

De cōfessione publica, & de cōfessione quā peccator tenet̄ facere de lege naturæ Cap. vii.



Iximus triplicē esse pœnitentiā vnā solemnē: de qua ampliter diximus: Altera & ipā publica est: licet non solemnis. Nam & ipsa fit ī facie ecclesiæ ꝑpter aliquod graue publicum delictum. Et illa hodie mãsit in ecclesia / sicut videmus quottannis in ecclesiis cathedralibus. In hoc aūt differt a solemni / quod etiam clerico iniungi potest: potest sæpe reiterari: non adhibentur illę solemnitates: nō differtur tāto tempore / sicut solemnis / sed subito conficitur. Aliqua extant adhuc in eius obseruantia / quę vmbram tenent solemnis pœnitentiæ vt quod in Indulgentiis fieri videmus: vbi a sacerdote pœnitētiario ducitur ad cōmissarium: qui eū absoluens, committit singulis sacerdotibus / ante quos inclinatur pœnitens / vt plene ecclesiæ reconcilietur. De hac pœnitentia, cum eius obseruantia / adhuc fit in vsu ecclesię & nota hominibus / nolo esse ꝑlixior. Duo solum hic monuerim lectorem. Primo nunq̄ pro crimine quātūcunq; enormi occulto / publica imponatur pęnitentia: ne secretissimū forum confessionis publicum faciat & manifestariū. Contrariū facientes sunt reprehensibiles, & mali dispensatores mitissimi patrisfamilias Christi. sicut eos reprehendit Nicholaus Siculus c. q̄ꝛ tum de pœni. & remiss. Alterum est / Si quis fecit peccatū publicū & scandalosum / non debet prop

Documentum notabile.

terea conscientiam suam angere & inquietare / vt existimet se debere facere publicam pœnitentiaȝ: Immo nec tenetur iniunctam sibi pœnitentiã detegere: sed quia peccato suo publico proximum offendit, & ei scandalum posuit: tunc bono exemplo publice offensos doceat peccata bonis operibus emendanda: vt quãtum offendit publica malicia / tantũ ędificet bonis suis operibus publicis.

Pœnitẽtiæ usurpationes. ℭ Priuata pœnitentia notior est quam vt pluribus describatur. Verum pœnitentia aliquando vsurpatur pro contritione / & hæc est pœnitentia interior. Dicitur & ipsa absolutio sacerdotis facta super peccatis confessis: & hæc pœnitẽtia sacramẽtum est ecclesiæ CHRISTI. Et ipsa quoqȝ opera / quibus expiantur peccata, hoc est satisfctiões, emendæ &c. dicuntur pœnitentia. Et si quis dicitur agere pœnitẽtiam / hoc est opera facere bona / quibus pœnam peccatis suis debitam, diluat / & pro his satisfaciat. Hæ omnes voculæ pœnitẽtiæ significationes sunt frequentes & vsitatæ, tam in sacris litteris / quam sanctis patribus.

Confessio ℭ Et sicut triplicem posuimus pœnitentiam, Ita & triplicẽ asseramus confessioné oportet vt sit confessio seu Exomologesis publica & priuata: & quãuis voce iã publice pœnitẽtes nõ confiteantur publice: tñ reipsa & facto confitentur erratũ publicũ / super q̃ in conspectu totius plebis nõ verentur publicam

Hæretici pœnitentiã subire. Sed hic iã bellũ cũ hæreticis

oritur. Confeſſionē illā priuatā reſpuentibus/ nec fuiſſe in vſu antiquę eccleſiæ / ſed apſychotyrran nis excogitatā: Ita delirāt ludder & Carlſtadius & vſq; ad inſaniā deſipit Oecolāpus proprio ędito ſup ea re libello. Nos veritatē catholicā tueri conabimur cōtra omnes male de fide/de eccleſia/ de religione ſentiētes. Nā & Hebræi cōtemnunt cōfeſſionē: & Græci dū maluerūt propriis/quam eccleſiæ legibus viuere / etiā hoc malū ſchyſmati eorū addiderunt/ vt confeſſionem negarēt. Eam iuniores clanculariā/auricularē, & ſimilibus modis appellant: at cū conſtat de re fruſtra certaē de nomine. ℭ Ab illo ergo ordiamur/quoniā omnino apparet nobis neceſſariū eſſe hoc præmittere/ velut dicendorū præparatoriū. Cum enim triplex ſit lex/ per curricula ętatū mundi diſtincta: lex ſ.naturæ,ſcripta Moſayca, & Euāgelica oſtēdemus quamlibet ſuam exegiſſe confeſſionē: Ita quod pro omni tēpore / peccator offendēs deum Optimum Maximum creatorem ſuum tenebatur ad aliquam offenſæ ſuæ confeſſionem. Nam a lege naturæ incipiendo perſpicuum eſt:ipſam depoſcere confeſſionem mentis/ qua agnoſcat ſe cōtra dominū ſuū egiſſe. Hoc præſtat inſita vis animi a deo cuilibet hōini vſū ratiōis habēti qm gētes inquit S. Paulus quæ legē nō habēt: ea quæ legis ſunt naturaliter faciunt: & ſubdit cauſam. Eiuſmodi legē non habentes, ipi ſibi ſunt lex: q

Iudei
Græci

Lex triplex

Confeſſio legis naturæ.

Ro.ii.

ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium illis reddente conscientia ipsorum & inter se inuicem cogitationũ accusantiũ/aut etiã defendentiũ &c. vbi signate tria in medium affert

Athanasius Paulus / vt expendit acute Athanasius s. naturã, scriptum, & opus: volens gentes peruenisse ad op⁹ natura duce / ad quod Iudei per legem venerant: Adsunt ergo natura cogitatiões accusantes: nam irritabilis naturæ est conscientia facile in eã committitur, vt perpetuo murmure animũ diuexet/

Cõscientia nisi prius reconcilietur: quare placanda est & mi titer tractanda alioquin semp rixosa continuo belligeratur. Iure igitur naturæ / quod ab igniculo rationis, cõscientia suggeritur, a deo creatore suo excidens tenetur culpa suã agnoscere & veniã deprecari. Quis.n.ignorat, dictamine iuris naturę quemlibet vitã corporis curare / ne pereat? Cur. modó non ea faceret pro reparanda animæ vita/ quę faceret pro vitanda corporis morte: cum gau

August. dio.n. debet facere immortalis futurus/ ait Augustinus / quæ faceret pro differenda morte moriturus. Modo deũ esse natura omnibus insitũ est.

Damasc. ait Damasc. conformiter ad doctrinã sancti Pauli: quẽ cum peccato quis offenderit/ natura duce: hanc offensam non aliter expiabit/quã cum filius patrem offenderit. Quid autẽ pater a filio exigit nisi vt filius peccasse se agnoscat, veniam postulet & rursus paterno amori respondeat: hoc faciat si

lius creatus suo creatori. Et ob hoc interpellat se dula sollicitatrix cõsciẽtia: q̃ pulsat/clamat / & oĩa turbat/ vt efficiat animũ subditũ deo & obediẽtẽ. Et ne suspecti videantur alicui catholici: audiam⁹ eos/qui non nisi legem naturæ secuti sunt: vti est elegans carmen Ouidii li. i. de ponto, quod sub scribere placuit. Ouid.

Pęnitet o si quid miserorum creditur vlli
Pœnitet: & facto torqueor ipse meo
Cumq; sit exiliũ, magis est michi culpa dolori
Estq; pati pœnam: quam meruisse minus
Vt michi dii faueant/ quibus est mani estior ipse
Pœna potest demi: culpa perennis erit
Mors faciet certe. ne sim, cum venerit exul
Ne non peccarim mors quoq; non faciet

Sic Iuuenalis & ipse ethnicus ductu luminis natu ralis experiebatur/cum Satyra xiii scriberet. Iuuenal.

Exemplo quodcumq; malo cõmittitur ipso
Displicet autori/prima est hęc vltio/quod se
Iudice, nemo nocens absoluit: improba quãuis
Gratia fallacis prętoris vicerit vrnam
Quid sentire putas

Et iterum.

Cur tamen hos tu
Euasisse putas/quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, ẽt surdo verbere cędit
Occultum quotiens animo tortore flagellum
Pœna autem vehemens/ac multo sæuior/illis

Quas & ſęditius grauis innouit/& Radamáthus
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem

Seneca. ¶ Sic A. Seneca in Hyppolito meminit
Quid pœna præſens conſcię mentis pauor
Animuſq; culpa plenus/& ſemet timens
Scelus aliqua tutum/nulla ſęcurum tulit

Menáder Quod Græcus etiam & ipſe quoq; ethnicus ſentiebat cum diceret.
βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός
Hominibus omnibus conſcientia deus

Agnoſcere itaq; culpam/& veniam precari Inpręſentia dicimus confeſſionem mentis confeſſioné interiorem. Sic confeſſis numen aliquod patet

Ouidius inquit Ouidius. ¶ Huius duo fortiſſima habemus indicia/quoniá deus aliqñ exegit huiuſmodi confeſſioné, vt liquet de Adá poſt primũ pec

Gen̄.3. catũ in paradiſo Gen̄.iii.vocauitq; dn̄s deꝰ Adá: & dixit ei.vbi es? vbi gloſ.interlinearis inqt. verba increpátis/& ad cófeſſioné cogétis,& nó ignorátis. Cũ ergo deo omne cor pateat,& oís voluntas loquit̃: poſtulauit deus mox poſt primũ peccatũ huius cófeſſioné/quaſi formulá daturus omnibus poſterius peccaturis/vt peccatũ deo cófite

Et ita exiſtimo. rentur & agnoſcerét. Quáuis alicui videri poſſit deũ hic vocalé exegiſſe cófeſſioné: quá tñ Adam nó pręſtitit/ſed ad excuſatióes cófugit. Mulier quá dediſti michi ſociá, dedit michi de ligno: & comedi. Sed quia Adá nó eſt humiliter confeſ

ſus:ideo audiuit a dño. Quia audiſti vocẽ vxo
ris tuæ:& comediſti de ligno ex quo præceperã ti
bi ne comederes: maledicta terra in opere tuo: in
laboribus comedes ex ea cũctis diebus vitę tuæ.
Spinas & tribulos germinabit tibi: & comedes
herbas terrę: in ſudore vultus tui, veſceris pane
tuo: donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es:
quia puluis es & in puluerẽ reuerteris. Expẽde iã
quomõ deus hoc primi peccatoris hoĩs exẽplo,
doceat ſe mox peccantẽ vocare ad cõfeſſionẽ: vt
agnoſcat ſe vbi ſit: qui tã lõge/ a deo receſſerit: q̃d
ſi is peccatũ ſuũ cõfeſſiõe nõ diluerit/ ſed friuolas
obtendat excuſationes/ cõfeſtim maledictionẽ ha
bet paratam. ❡ Quod egit deus in primo pec Cain.
catore/fecit etiã in ſecũdo/in Cain Qui dum vi
ctimas ęgre deo dediſſet: mox eũ docuit/ & in eo
quẽlibet pctõrẽ / quo pacto ſe gerere debeat. Di
xit.n.dñs ad eũ. Quare irat⁹ es: & cur concidit fa Geñ.4.
cies tua. Nõne ſi bñ egeris recipies? Sin aũt male
ſtatĩ in forib⁹ peccatũ tuũ aderit: ſed ſub te erit ap
petit⁹ ei⁹: & tu dñaberis illi⁹. At cũ Abel fratrẽ
ſuũ occidiſſet: ſtatĩ deus inqrit cõfeſſionẽ ſceleris
exigit: recuſantẽ graui pęna afficit Ait.n. dñs ad
Cain/vbi eſt Abel frater tu⁹? q rñdit neſcio. Nũ
qd cuſtos fratris mei sũ ego? Dixit ad eũ. quid fe
ciſti? Vox ſanguinis fr̃is tui clamat ad me de ter
ra Nũc igĩ maledictus eris ſuper terrã / quæ ape
ruit os ſuũ/ & ſuſcepit ſãguinẽ fratris tui de manu

tui: Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fru ctus suos נע ונד Vagus & profugus eris super ter ram. Habes inquirentem confessionem deum: quā quia reus nō prestitit: maledictionē suscepit. Iure ergo signato super nos & ipso deo / obligamur confiteri deo peccata nostra, etiam si omnis lex scripta Mosaica & Euangelica sileret. Et de hoc non reperio aliquem dubitasse: ideo hec de illa confessione dicta sufficiant: nam paucula de ea in sequentibus addemus.

De confessione legali in lege scripta, & eius vtilitate Cap. viii.



Vm autem Moysi tempore placeret deo præter legem Iuris naturę, populo suo legem scriptā exhiberet. Mox cōfessionis on' auctum est: & a confessione interiori deuentū est ad exteram. Nam primo Pontifex legalis/ quando offerebat sacrificium pro delicto filiorum Israel/quod legem a deo datam non conseruabant: tunc quoq; fecit confessionē generalem pro toto populo: sicut docuit & præcepit do Leui. 16 minus leuit. 16. Postquā emundauerit sanctuariū & tabernaculū & altare: tunc offerat hircū viuentem & postea vtraq; manu super caput eius cōfiteatur omnes iniquitates filiorum Israel & vniuersa delicta atq; peccata eorum / quę imprecans capiti eius, emittet illum per hominē paratū inde

sertum. Sic cõfessione generali confitebatur pec cata populi Israel Neemias in zusis dicens. Quæso domine deus cœli fortis magne atq; terribilis: qui custod s pactũ & miseri cord á / cũ his qui te diligunt: & custodiunt mãdata tua: fiant aures tuę auscultantes, & oculi tui aperti: vt audias oratio nẽ serui tui / quã ego oro coram te hodie die & no cte pro filiis Israel seruis tuis: & confiteor pro pec catis filiorum Israel, quibus peccauerunt tibi Et ego & domus patris mei peccauimus: vanitate se ducti sumus: & non custodiuim⁹ mãdatũ tuum: & cæremonias & iudicia / quæ præcepisti Moysi famulo tuo. Vides confessionẽ & modũ illius / a sacerdote obseruatum in lege Mosaica. Et hãc cõfessionẽ quasi similẽ existimo, confessioni gene rali / quæ in ecclesia dei fit a sacerdotibus pro tota ecclesia in introitu missæ / vel in prima aut cõple torio, secundum ritũ sanctæ ecclesiæ Romanę. Et dixi quasi / quia omnis homo qui spirat / nouit duos hircos in cap xvi. Leuitici descriptos gemi nam significasse naturã Christi. Vnus. n. Immo latus, & mortuus, humanitatẽ significat in cruce mortuam. Alter autem hircus qui mittebatur in desertum & portabat iniquitates populi / diuinita tẽ Christi significabat. ¶ Sic populus confite batur peccata sua apud Neemiã. Cõuenerunt. n. filii Israel in ieiunio, & in saccis / & humus super eos. Et separatum est semen filiorũ Israel ab om

Nec. 4.

Leui. 16.

Nec cap. 9

ni filio alienigena: & steterunt & confitebātur pec
cata sua, & iniquitates patrum suorū. Quam cō
fessionē generalē fuisse intelligas / vt abinitio mo
nuimus. Et quod sigillatim aliquādo etiā adac
ti fuerint ingenere confiteri sacerdoti peccata sua,
maxime publica & notoria/liquet ex capitibus. 4
Leui.4.5. 5. & 6. Leuitici. Quia ibi describitur quo sacri
ficio expiari debeat peccatum ex ignorantia factū
vel a sacerdote, vel a principe, vel a multitudine,
vel ab vno priuato. Similiter de peccāte ex paſ
sione aut malicia modo quādo pręsentabat sacer
doti hostiam/ petēs hanc pro se in hac vel hac for
ma offerri: satis iam manifestabat sacerdoti pecca
tum suum in specie, tali aut tali sacrificio expian
dum: breuitati studens non renarro varietatem sa
crificiorum. Hoc enim sufficiat ꝓposito nostro,
Ipsos in pręsentatione hostiæ fuisse confessos cri
men/pro quo volebant hanc offerri: aut saltem ip
so sacrificio speciem delicti indicasse: licet primū
videatur litteræ consonantius Numeri. v. locut⁹
Num.5. est dominus ad Moysen dicēs. loquere ad filios
Israel: vir siue mulier cū fecerit ex omnibus pec
catis / quæ solēt hominibus accidere: & per negli
gentiam transgressi fuerint mandatū domini atq;
deliq̄rint / cōfitebūtur peccatū suū. vt cumq; poſ
sumus nuncupare illā confessionē legalē seu cære
monialē / veluti primā diximus mentalē seu natu
ralē. ¶ Quam vtilis autē res esset cōfessio pecca

torum, scriptura non obticuit, etiam currente le ge Mosaica: sed quam plura spiritussanctus edi dit hu.⁹ rei testimonia. Ait enim dauid ps 31 Di xi confitebor aduersum me iniusticiam meã do mino: & tu remisisti iniquitatem peccati mei: & ps 36. Reuela domino viam tuam, & spera í eo Et per organum suum Iob. 31. dixit. Si abscon di quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam. Et per sapientẽ inpro uerbiis inquit cap. 18. Iustus prior est accusator sui & cap. 28. Qui abscondit scelera sua non di rigẽt, qui aũt cõfessus fuerit. & reliquerit ea, mise ricordiã cõsequetur. Quomodo expressius po tuisset nobis spiritussanctus cõfessionẽ cõmendas se. Vulgata est ecclesiastici 4. autoritas. Nõ cõ fundaris cõfiteri peccata tua, & ne subiicias te om ni homini pro peccato. Et cap. 17. Non demo reris in errore impiorum: ante mortẽ cõfitere a mor tuo q̃si nichil perit cõfessio. Cõfiteberis viuens, viuus & sanus cõfiteberis / & laudabis deũ: & glo riaberis in miserationibus illius. Per Esaiã quoq; p̃ceperit cap. 43 Narra si qd habes vt iustificeris septuag. legũt dictu ĩiqtates tuas vt iustificeris. ad tm̃ igit̃ bonũ, sicut est cõfessio / deus sẽp per scri pturas humanũ gen⁹ est cohortatus quo comoda exĩde puenĩẽtia suscipe posset ¶ At vbi veĩt ple nitudo tpis / q̃n misit deus filiũ suũ factũ ex mulie re, factũ sub lege. vt eos q sub lege erãt redimeret

ps. 31.
ps. 36.
Iob. 31.
prouer. 18.
prouer. 28.
Ecc. 4.
Ecc. 4.
Esa. 43.
Ad gal. 4.

vt gratiā Euangelii mundo largiretur: factum est vt confessio adhuc explicatior esset: & propria qsq; delictae tiā occulta/in aurē congereret sacerdotis: qui velut arbiter inter deum & hominē cōstitutus, per absolutionis beneficiū/ illi pœnitentiæ sacramentū administraret: & de hac confessione ꝑambula ad sacramenrū, plenius hic tractabimus: vt suborientes hęreses dimoueamus.

Deum solitum ab imperfectiori ad perfectius ꝑgredi ostenditur in sacrificiis, baptismatibus, prophetiis/sacerdotio/& postremo ī cōfessiōe cap. ix.



Vod si acutius ꝑspexeris: habes in triplici lege, triplicem confessionē: & quomodo diuina sapientia ordinatissime mundū administrans, semper progreditur a minori ad maius/ab imperfecto ad perfectū. Sic. n. dei perfecta sunt opera, scilicet in ordine: quod & in aliis passim experimur. Vide sacrificia in lege naturę tenuiter orta, vbi vir iustus altare erexerat hic nomen domini inuocabat. At in lege scripta modus sacrificiis imposit⁹ & quid, vbi, pro quo & a quo offerendū fuit, diffiniebatur: vnde oues/ agni/ vituli/ hirci & columbæ templū opplebāt. Adueniente aūt lege gratiæ: iam sanguis christi offertur & corpus dominicū, tantū pręstat sacrificiū missæ in ecclesia/sacrificiis vitulorū / hircorū

Sacrificia ue. leg. & no.

& omnium Synagogę: sicut pulchre voluit B. Paulus ad Heb. 9. CHRISTVS assistens pó tifex futurorum bonorū: per amplius & perfecti⁹ tabernaculū non manufactū, idest non huius crea tionis: neq; per sanguinē hircoꝝ aut vitulorū: sed per proprium sanguinē introiuit semel in sancta, ęterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hir corum aut taurorū: & cinis vitulæ aspersus/inqui natos sanctificat ad emundationē carnis quātoma gis sanguis CHRISTI, qui per spiritū sanctū, semetipsum obtulit immaculatū deo emundauit conscientiā nostrā ab operibus mortuis ad seruiē dum deo viuenti. Ecce quantū profecerūt sacri ficia a frugibus Cain, & ouibus Abel: vsq; ad fi lium dei: quia proprio filio suo nō peperet deus/ sed pro nobis omnibus tradidit illum. ℭ Sic de baptismo: habebant in lege certa baptismata & lotiones immūdiciarū /sicut patet leui xiii. & xv. & testatur apostolus ad hebræos. 9. Munera & hostiæ offeruntur/ quæ non possunt iuxta consciē tiā perfectam facere seruientē solūmodo in cibis & potibus, & in variis baptismatib⁹: Superuenit baptismus Iohannis explicatior: Tandē Christi baptismus in regenerationē vite per spiritum dat⁹ est ecclesiæ: ianua ecclesię, & omniū sacramento rū. ℭ Sic & de prophetia saluatoris futuri factū est. Adam & Noe crediderūt mediatorē futurū, sed obscurius intellexeruut. Abrahæ quid certi⁹

ad heb. 9.

ad Ro. 8.

Baptismi. ue. & no. legis leui. 15.

pphetia ue. & no legis.

Gen. 22.

Geñ 48. dictum est, in semine tuo benedicentur omnes gē
tes: & Iacob præuidit ex semine Iuda hoc futurū:
sed adhuc clarior repromissio facta est regi dauid
Iurauit dominus dauid veritatē, & nō frustrabit
ps.131. eum: de fructu ventris tui ponam super sedē tuam
ps.131. Et Esaias maiori lumine intuso/vidit sal
Esa.7. uatorem ex virgine venientē. Ecce inquit virgo
cōcipiet & pariet filium: & vocabitur nomē eius
Esa.9. Emanuel Es. vii. de quo tā certus ac si iam factū
esset cap.ix. subiunxit Paruulus natus est nobis &
filius datus est nobis: & factus est principatus su
per humerū eius: & vocabitur nomen eius admi
rabilis consiliarius, deus fortis/pater futuri sœcu
li, princeps pacis sed quanto certior erat Iohānis
Ioh.1 Sacerdotiū præcursoris prædictio Ecce agnus dei/qui tollit
peccata mundi vt semper intelligamus mysteria
fuisse ad aucta per incrementa temporū. ¶ Idē
de progressu & auctione sacramētorum liquet &
Geñ.4. de sacerdotio. Primo enim quisq; vt erat deum ti
mens מִזְבֵּחַ sacrificatoriū seu altare construxit/in
quo holocausta at hostias obtulit: vnus Melchi
sedech rex salem כֹּהֵן, sacerdos altissimi a scriptu
ra nūcupatur Geñ.14. In lege vero scripta, lega
le sacerdotium & leuitarū genus est constitutum:
Exod.28. quos voluit fungi sacerdotio de tribu leui Exod.
xxviii. Vbi ēt deus modū præstituit & formā cō
Exod. secrādi ac ordinādi sacerdotes Exod. xxix. & exe
cutio huius leuit. viii. & ix. describitur. At quan

to excellētius est sacerdotiū euangeliū/ & Christi in lege gratię: sicut præcellentiā sacerdotii Christi vltra sacerdotiū leuiticū apostolus Paulus ad Heb. 7. describit: & quia trāslatū sit sacerdotiū de tribu leui in tribū Iuda ideo necesse fuerit etiā legis translationē fieri: ꝑpterea cap. 8. docet quomō melius ministeriū sortitus sit Christus, quanto & melioris testamenti mediator sit: quod & in melioribus repromissionibus sancitū sit/ quod ēt persequētia duo capita ꝓsequitur. Sic ergo peculiare est deo/ a minori ad maius in operibus mirabilibus ꝓgredi: quod & in cōfessione obseruauit: vbi primu cōfessio exigebatur interior. Deinde ad exteriorē ventū est/ sed generalē vł publicorū/ tandē ad occultorū etiā propalationē in aurē sacerdotis/ progressa est cōfessio. ¶ Quā cōueniens aūt fuerit perfectiorē instituere confessionē, in perfectiori lege/ ex eo conijcit. Quoniā in nulla alia lege fuit illustrior veritatis manifestatio/ quā in lege euāgelica: qm̄ vt Iohānes inqt / lex per Moysen data est, Gratia & veritas p IESVM christū Sed p cōfessionē in ecclesia factā, manifestatᷓ veritas/ & detestatᷓ peccatū/ quod fit in tenebris: nā qui male agit / odit lucem ait Christus apud Iohannem. Et opera tenebrarum, quæ arguuntur, manifestantur a lumine/ ad Ephes. v. non igitur immerito: sub regno veritatis fit manifestatio peccatorū: vt cū peccator faciat veritatem, peccata sua

Ad heb. 7.

Cōfessiōis incremēta

Ioh. 1

Iohā 3. Ephes. 5.

fatēdo: tūc suscipiat gratiā datā a CHRISTO Et hoc quidē a CHRISTO non sine augusta ratione est factum / vt instrueretur confessio ad recōciliationē habendā, mediāte humano arbitrio Nam ante aduentū mediatoris dei & hominum: plena reconciliatio fieri non potuit. Sed cum illi data esset potestas in cœlo & in terra: & destruxisset portas inferorum: & euacuasset regnū principis tenebrarum. Commode potuit hanc potestatem aliis cōmittere: qui huiusmodi potestatē absoluendi & ligandi peccata exercerent. Et ad hoc sacrū pœnitentiæ sacramentum est institutum.

Confessio probatur esse de iure diuino Ioh. xx. & cauilli reiiciuntur. Cap. ix.



T fremit hic Ludder, furit Oecolampus / insanit cætera turba / Carlstadi⁹ / Melanchtō / Ioh. Aegranus / & similis farinæ hoīes. Nō auctiorē factā confessionē in Euangelio. Nouā esse clancularium confessionē seu auricularē / & p mortifices excogitatā, & psychityrannos inuētam. Hanc ignorauerit primitiua ecclesia Martyrum: latuerit florentem ecclesiam confessorum. Nichil de ea, ecclesiæ proceres, ecclesiæ lumina dixerint Cyprianus, Origenes, Hieronymus / Ghrisostomus / Augustinus /

Ambrosius/Cyrillus: & alii summi Theologiæ antistites/qui eam minime attigerint: in qua iam Theologi & seminiuerbii ferme solũ versentur. Horum impudentiam/temeritatem: & errorem iam castigabimus: quod homines parum proui di/omnem confessionẽ apud veteres, ad publicã dumtaxat volunt referre pœnitentiã: & quod ar bitrantur temere, nullũ fuisse præceptum de con fessione auriculari facienda, nisi constitutionẽ cõ cilii sub Inno. iii. quæ incipit. Omnis vtriusq; &c. Partẽ ergo catholicorũ sequẽtes aduersus de sertores & schysmaticos veritatẽ fidei tuebimur.

¶ Initio ostendamus ex sacris litteris ineuitabili ter duci, sacramentũ pœnitentiæ, quod præuiam habet auricularem confessionem/ esse a Christo institutũ, & peccatori/ vt eius fiat particeps/ præ ceptum. Et adduco verba CHRISTI Iohan. xx. Hæc cum dixisset (IHESVS) insufflauit & dixit eis: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum re tinueritis retenta sunt. Hic omniũ iudicio data est apostolis & sacerdotibus eorum successorib⁹, potestas remittendi peccata, quod certe eis prima riæ non conuenit: cum hoc solius dei sit, sed quia ministerium dei exercent in soluendis peccatis ar bitrando, remittendo &c. Ita quod hoc sacramen tum est quodammodo iudiciale, in quo causa rei peccatoris examinatur. Sed quomodo posset ar

Ioh. 20. p cõfessiõe

bitrari, quomó posset sententiá absolutionis pró ferre, non cognita causa. Iudex.n. non potest ꝓ cedere sine cognitione causę. Si ergo sacerdos debet absoluere, debet cognoscere: sed non poterit cognoscere, maxime de occultis / nisi per propriá eius confessioné. Vides etiá quid sit conlectariú ad verba CHRISTI, confessioné peccatoris esse necessariá / vt sacerdos vtat potestate sibi a christo tradita. Ita quod excollatione potestatis hic traditę sacerdotibus, peccator tenetur se accusare coram eis, velut iudicib⁹ & arbitris. ℭ Serpés qui est callidior Eualios Iudderi cúctis animantibus terræ, nititur se euoluere, ex tá patenti ratióe. Cum enim negare nequeat, hic sacramétum poenitentię esse institutum: textus enim est clarior / quam quod ab hæretico cauillari possit. Hoc tamen quærit diuerticulum / vt dicant bonam esse confessionem / & vtilem sacerdotis absolutionem ex potestate hic ei tradita: sed non esse præceptam confessionem: nec sit pręceptum recipiendi huiusmodi pœnitentiam & absolutionem: quoniam etiam sacramentum extremæ vnctionis sit institutum a CHRISTO, non tamen necessarium: ita homines sacrilegi, pœnitentiæ sacramentum, non necessarium facere volunt. ℭ At illorum malicia sic retundatur. Nulla potestas iudiciaria committitur / nisi alicui imponatur necessitas submittendi se huic potestati, nam iudicium etiam

Improbat solutio.

redditur in inuitum. Quomodo enim posset ali quis esse iudex illius / in cuius voluntate est ab il lo iudicari vel non iudicari: loquimur de reo / nō de actore. Alioquin potestas plus esset apud illū potētem subire iudicium: vel renisantem / quam apud iudicem: & hoc dicere: nullam prorsus ha bet rationem: cum iudicare non respiciat volun tatem rei: sed determinationem legis / ęqui / & iu sti. Et omnino sic dicere (vt faciunt diuersarii) esset irridere sacramentum pœnitentiæ & potesta tem sacerdotibus traditam. Si enim alicui reo diceretur. Vis istum esse iudicem in hac causa: & is responderet volo / sed ferat iudicium ad volun tatem meam. At hoc nō potius esset irridere po testatem iudicis / quam amplecti. At potestas iu diciaria est commissa sacerdotibus. Itaq; erit ali quis subiectus huic iurisdictiam / ne illudatur & irrideatur hæc cœlestis potestas. Et talis subiect⁹ est ipse reus peccator. Et hanc rationem sic fun datam in Euandegio / tangit B. Augustinus & re narrat gratianus de pœnitentia dis. capite. Agite. Agite inquit pœnitentiam qualis agitur in eccle sia dei, vt pro vobis oret ecclesia: nemo dicat sibi occulte ago, apud deum ago, nouit deus qui mi chi ignoscit / quæ in corde ago. Ergo sine causa di ctū est. quæ solueris in terra, erūt soluta & in cœ lo. Ergo sine causa: claues datæ sunt ecclesię dei, frustramus Euangelium dei: frustramus verbum

August.

Gratia.

CHRISTI: Si promittemus vobis quod ille negat, nonne vos decipimus. Vide hæreticos vel se frustrari Euangelium & verbū CHRISTI. quando remissionem peccatorum sine arbitrio sacerdotis, & confessione oris, extra necessitatis articulum hominibus promittunt: Consentit huic rationi B. Gregorius, Superni iudicii principatum sacerdotibus cōmissum: vt vice dei quibusdā peccata relaxent, alijs vero retineant. ¶ Porro ex Euangelio iam nouit, potestatem absoluendi sacerdotibus concessam a deo: & sacramentum pœnitentiæ velut efficax remedium contra peccata institutum. Cum autē per peccatum, gratiam amiserit / quare non teneret̄ ad eam recuperandā / iudicii sacerdotalis seueritatem subire: cum teneatur se diligere, & gratiam dei habere. Et hæc est causa: cur deus solum ostendit iudices a se constitutos / velut medicos, & tamen non præceperit infirmis vt medicos adeant. Eo ipso enim quando est aliquis infirmus / non oportet huic præcipere / vt medicum adeat, sed satis erit ostendere medicū efficaciter sanantem, quam rationē tangit B. Bernhardus exactius: ad quem diligentem lectorem remittimus. ¶ Et ratione tali confirmo. Ante omne ius humanū super confessione emanatum, confessio fuit introducta. Itaq; non poterit dici introducta iure humano, per pontifices & psychi tyrannos, Nam quocunq; iure humano sup con

Grego.

Alia ratio p cōfessiōe

Bernh.
Hugo.

Alia ratio.

fessione emanato ; ex dicendis inferius patebit: cō fessioné: fuisse antiquiorem. Si enim assumis eam descendere ex constitutione cōcilii Lateran. omnis vtriusq; sexus de pœni. & remiss. sicut stulte credidit Oecolāpus: falleris mirum inmodum: Cum & petrus longobardus/ vulgo magister sententiarū dictus cum Gratiano autore decreti antiquiores illo concilio/ determinauerit confessioné oris necessario faciendam sacerdoti. Nam concilíū illud sub Innocentio. iii. fuit currēte anno domini M. cc.x. cum iam vterq; ante L. ferme annos obiisset. Taceo de reliquis doctoribus ecclesiæ. qui D. & D ccc. annos illud conciliū præcessere: quos inferius euocabimus. Neq; poterit hęreticus quantumcumq; proteruus citare constitutioné humaná in qua primo confessio fuerit orta. Quare necessario refert ad institutionem CHRISTI per apostolos suos ecclesię traditá: non enim te poterit confugiū illud defendere: qđ paulatim homines essent ad confitédum inducti non enim est verisimile / aliquid tam difficile (sicut est confessio clancularia) hominibus fuisse de nouo iniunctum / quod non fuisset relatum in scripturam, & cum maxima deliberatione. Et indubie inuenti fuissent qui se opposuissent: sicut ecclesia experta est in cælibatu clericorū / in approbatio ne fratrum mendicantiū / sicut Panutius restitit in concilio Nicęno: vbi aliqui volebant præ

Oecolāpus

lōgobard9

Gratianus

optima suasio pro cōfessione

Panutius.

H

cipere, ne clerici episcopi &c. cũ vxoribus dormirent/quas ante ordinationẽ acceperãt Non loquebantur tunc de ordinatis, an possent ducere vxores: sicut modo Carlstadius & ipse hæresiarcha cum quindecim annis & vltra in sacerdotio fuisset, propria autoritate vxorem duxit, nuptias publice celebrando. Sic ergo cum nullũ ius humanũ poterit dari / a quo inceperit cõfessio relinquẽdũ est ipam incepisse iure diuino, CHRISTO hoc ius ecclesiam & apostolos docente.

Carlstad. vxoratus sacerdos.

Suadetur confessio ex figura sacerdotii legalis: & potestas clauium extollitur, ac in fine ex S. Iacobo confessio probatur Cap. x.



Robarantur propria / quia cũ patribus omnia infigura contingebant: sequitur sacerdotium legale figuram fuisse sacerdotii gratiæ vt pluribus locis Pauli ad Heb. colligit & i Cor. vii. at sacerdos veteris legis habebat iudicare inter leprã & non leprã corporeã sicut patet leui. xiii. Homo in cuius cute ortus fuerit diuersus color &c. adducet ad Aarõ sacerdotẽ vel ad vnũ quẽlibet filiorũ eius: qui cũ viderit lepram &c. Et cap. sequenti. locutusq; est dñs ad Moysen dicẽs. Hic est ritus leprosi, qñ mundãdus est / adducet ad sacerdotẽ. Et cõfirmauit hoc in Deutrenomio cap. xvii. Et cõfirmauit Christus quoq; Math. viii. dicẽdo leproso. vide nemi

1 Cor. 7.

leui. 13.

Deutro. 17
Math. 8.

ni dixeris: sed vade ostēde te sacerdotib⁹: & offer mun⁹ tuū / quod præcepit Moyses in testimoniū illis. Et luc xvii. decē leprosis sanādis præcepit. Ite ostēdite vos sacerdotibus. Si ergo hec erat potestas sacerdotii legalis: & erat figura potestatis / quā habituri erāt sacerdotes Euāgelici. Quæ ergo erit hui⁹ figuræ veritas nisi sicut est spiritale sacerdotiū euangeliū: ita & leprā iudicet, spiritalē, peccatū: leprosus ergo & immūdus qsq̄, adducatᵉ ad sacerdotē: q iudicet inter leprā & nō leprā: hoc est inter peccatū & nō peccatū, inter obstinatū & pœnitētē. Et signate aduertas mi lector formulā inductionis. Non. n. sic colligo / quasi christus istis verbis præceperit cōfessionē. Ite & ostendite vos sacerdotibus: qm̄ sic ꝓpens leuiathā statim se excuteret hoc esse legale: & veꝝ esset: at energia īductiōis nr̄æ in eo figit pedē / qđ sacerdos legalis habuit iudiciū lepræ corporeę: qre & sacerdos euāgelicus / q est in spiritu (nā vetus lex est littera / noua est spiritus) habet iudiciū lepræ spiritalis. Luc.17 præ occupatio cauilli luddera ni.

Nō ne stult⁹ & vesan⁹ tibi videbitᵉ q ianuā clausā sine clauib⁹ īgredi voluerit, & quomō pc̄tōr regnū celeste p pctā sua, clausū & seratū vult ītroire sine clauib: qđ facere ꝓsumit / qsq̄ is sine sacerdotū iudicio / q claues ꝑ ecclesia dei accepe ūt. Nullus ergo frustreᵉ claues eccl̄iæ nuil⁹ aliūde ītrare ꝓsumat nisi q ianuā. Clauigero intendit: ab eo ingressū petat & aditū: nā bn̄uolus erit & clemēs, qa Suasio pro cōfessione.

hoc mādatū hēt a dño: vt peręti sępius dimittat: nā accedens Petr⁹ ad IESVM (q̄si iā pontificii

Math. 18.

sui futuri p̄scius / formulā iudicii ei dare voluit) dixit. Domine quoties in me peccabit frater meus & dimittam ei: vsq; septies (ecce cum interrogatione profert sententiam) at iam audi clementis saluatoris responsum. Dicit illi IESVS non dico tibi vsq; septies / sed vsq; septuagesies septies. Nullus absoluit seipsum nullus sibi referat ianuā, sed clauiger. Et hoc alta mente reuoluat catholicus / maximam rem oportere esse, potestatē clauium: a CHRISTO tam sępe promissam / & dein exhibitam. Nam primo Math. xvi. p̄mittitur Petro. IHESVS dixit Petro. Ego dico tibi / quia tu es Petrus: & super hanc petram ędificabo ecclesiam meā: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum. & quodcumq; ligaueris super terram: erit ligatum & in cęlis, & quodcumq; solueris super terram: erit solutū & in cęlis. Altius repete / qua attestatiōe verborum ei claues promisit: quia ego tibi dico. Ego, quem cō̄fessus es filium dei viui / qui sum via veritas & vita Ego qui mētiri nescio dico tibi. Ego dico / cuius dicere est facere / cuius verbo cœli firmati sunt: non dubita & hoc me facturum, & potestatem tuā firmaturum / cęlum ecclesiæ. Non timeas hæreticos / nichil terreare a schysmaticis, non concidas a tyrannis: portæ infe

ptās clauiū

Math. 16.

pondratio uerborum

ri non prævalebũt aduersus ecclesiam meam. Et pro tuitione/pro nobilitate, & dominio illius/ dabo tibi claues regni cœlorum: forte ignoras quãtum donũ tibi pollicear/ & quam magnũ & præstabile. Ego qui talia tibi conferam/ dignitatẽ earum tibi exponã: non sunt claues solum scientię/ de quibus dixi Iudeis, ve vobis legisperitis/ qui tulistis clauem scientię ipsi non introistis Luc.xi sed huiusmodi sunt claues quibus poteris ligare & soluere in terris: quæ erunt ligata & soluta in cęlis: ligabis tu & successores tui, & solues in terra iudicandio Et ego in cœlo iudicium vestrum approbabo. Non poterit non magna esse clauium potestas/ quæ tanto pondere verborum promittitur. Et quod augeat admirationem potestatẽ clauiũ secundo ꝓmittit omnibus discipulis Math. xviii. Amẽ dico vobis quęcumq; alligaueritis super terram/ erunt ligata & in celo: quecumq; solueritis super terram erũt soluta & in cœlo. Non parua res est ista potestas clauium toties ꝓmissa. Et quod tertio Iohannes meminit hanc potestatẽ apostolis fuisse datam ipso die dominicæ resurrectionis gloriose & expende qua maiestate has claues eis dederit. Quia narrat sacra anima, Insufflauit & dixit eis. Accipite spiritum sanctum Quorum remiseritis peccata/remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt. Non enim simplici verbo eis hanc dedit potestatem, sed vt eius monstra

Luc.xi.

Math.18.

Ioh.xx

ret excellentiá/ spiritu oris sui, eá dedit ná in suffla uit i eos. Et nó simpliciter isufflauit/qa spirit⁹ vbi vult spirat, ideo dedit eis spiritum sanctũ: acsi diceret. daturus vobis tá amplá potestaté / prius spiritũsanctũ do vobis, vt sciatis neminé digne hac vti posse potestate/quá q spiritũsanctum habeat. Quis ergo catholicoꝝ arbitrabit̃, tam frustratoriá esse & elusibilé potestaté clauiũ / tanta solénitate a CHRISTO promissam & collatá, vt peccator nó cogat̃ se ei subiicere / sed per confessioné mentalé possit recócıliari deo, & expiare peccatũ. Iá.n. ex mille vix vnus sacramentũ pœnitentiæ a sacerdote recipiet, si absq; delicto confessioné auricularé præterire poterit. ¶ Postremo S. Iacobus satis indicat confessióis necessitaté cap. v. Confitemini alterutrũ peccata vestra, & orate pro inuicé vt saluemini, vbi primo decernit confitendũ dein docet quomodo confessus & cui confessio fit debeāt se gerere: qui i debent pro inuicem orare. Sicut adhuc prudentes cófessionis auditores solent dicere. Oremus pro inuicem: & deuoti cófessores solent in et iam orationibus priuatis facere memoriam omnium eorum/ qui ipsis confessi sunt. Nec euades dicendo apostolum loqui de fraterna confessione, qua quis proximo etiam laycofatetur errata sua: quia loquitur de confessióe & bene dicuntur alterutrum confiteri, quando Christianus laycus confitetur Christiano sacer

Iacob. 5.

Euasio Iuderi.

doti quia determinatio personæ alibi colligitur/ quod solis sacerdotibus hæc potestas sit collata, Ob quã rem CHRISTVS cum prius apostolis in cęna (vt est cõmunis sententia) fecisset sacerdotes, tunc in die resurrectionis dedit apostolis claues. Suadet verbum Iacobi esse preceptiuum: quia ea quæ eodem contextu promulgãtur similiter obligant. At S. Iacob⁹ præceptiue promulgat extremã vnctoné, & eidé mox adiungit cõfessionem, quare & illã videt præcipere, pręmisit.n.infirmat quis inter vos/inducat presbyteros ecclesiæ: & orẽt sup eũ, vngentes eum oleo in nomine dñi. Et oratio fidei saluabit infirmũ & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit: remittentur ei mox subiungit. Confitemini alterutrũ &c. Non dico S. Iacobum instituisse confessionem/ Aut quod sacramentum pœnitentiæ instituerit: q(uonia)m oía sunt instituta a CHRISTO, a quo habent efficaciã, sed volo S. Iacobũ fuisse præconé & promulgatorem amborum sacramentorum in isto capite. Qui voluerit illam rationem videre extensiorem, legat librum eruditissimum serenissimi Anglie regis Henrici viii. fidei catholicæ defensoris (eum enim titulum a sed. ap. promeruit catholicam veritatem tam docte & strennue contra perfidiam Ludderanam defendendo) in Apologia sacramentorum ecclesiæ contra ludderum. Vbi graphice quoq; Christianissimus

Iacob. 5.

Henricus rex Anglie

Ludderi insania.

princeps S. Iacobi epiſtolam vindicat iniuria: quando hæc dentata beſtia non timuit ſcribere, hanc epiſtolam: non eſſe dignam apoſtolico ſpiritu. At quid non audet apoſtaticus ſpiritus.

Quia Ludder ſibi contradicit ſępius & ſecũ pugnat de confeſſione: ideo eius doctrina conuincitur erronea. Cap. xi.



Fficax dictorũ ratio ex eo ſumitẽ quod in eccleſia ſemperẽ fuit peccatorum confeſſio, quamuis luddeiani contrariũ mẽtiãtur: quod iam plurimis probabimus, Modo prius hoc oſtendamus, nullũ catholicum in hac parte ſicut & in aliis debere moueri doctrina ludderana: quod homo ſit tam futilis, tam inconſtans, & leuis / qui non modo veritati catholicæ/ ſed etiam ſibi ipſi repugnet, quoniã falſum & vero & falſo repugnat: & omne regnum in ſe diuiſũ deſolabitur. Nam confeſſione neceſſario ſacerdoti faciendam aſſeruit ludder concluſ. vii. de indulgentiis. Nulli prorſus remittit deus culpam: quin ſimul eum ſubiciat in omnibus hũiliatũ ſacerdoti ſuo vicario. hanc declarando plura inducit/licet habeat eam tam cõpertam / vt non ęgeat diſputatione aut probatiõe, tamẽ oſtẽdit id quod etiam concluſione vi. dixerat. deum non remittere culpam /niſi prior ſit remiſſio ſacerdotis, ſaltẽ in voto ſicut clare ſonat textus. Quodcumq; li-

in inconſ ã tiã iudderi

Math. xii.

gaueris &c. Ecce hic fatetur remissionē sacerdo- tus necessariam probari ex claro textu Euangelii. Et precedenti conclusione allegat illud Christi. qui vos spernit me spernit. Et inferius laudat hanc dulcissimā potestatem / de qua summas gratias ex imo cordis agere debemus deo, qui tale dedit potestatē hominibus/quæ est vnica consolatio peccatorū & infœlicium cōscientiarū. Et late ibi extendit potestatem clauium/quomodo possit in culpam, etiā plus quā catholici doceant. Et conclusiōe xx allegans illud. Quodcumq; solueris super terram, solutū erit & in cœlis subdit. Quia per hoc deus vult homines subiici sacerdoti: qđ non fieret / nisi deum approbare facta sacerdotis sciremus. ¶ Dicis forsan. Hæc scripsit Ludder quādo sub obedientia Romana extitit: modo autē libertatē asserēs/secus sentit. Ostēdamus Ludderū illud idem sensisse/ quando stetit sub obedientia diaboli, & diuisit incōsutilem tunicā domini: quādo iam impio ore aliā statuit ecclesiā papæ & CHRISTI. Immo quādo iam appellabit papam antichristum, in libro de Captiuitate Babylonica: vbi inter alias insanias, multa latrat contra hoc sacrum pœnitentiæ sacramentū: tamē fatetur confessionē occultā / quæ modo celebratur, esse necessariā: nec vellet eā nō esse: sed gaudet eā esse in ecclesia CHRISTI. tamen pulchre sibi contradicēs negat eam probari posse ex scripiura: cū

Ioh. xx.

Luc. x.

Ludder quomodo sibi cō.radicit.

in Ludderi

ludder sibi cō.ra dicit

tamen prius dixerit clarum esse textũ. Quodcũq; ligaueris &c. Sic pulchre immemor eorum quæ prius scripserat: nouissime in vna declaratiõe vulgari de communione sub vtraq; specie, primo nõ vult alicui præcipi confessionẽ: quia ad omne qđ sit Catholicũ & Christianum, non debeat dari p̃ceptum/diffinit non libenter confitentẽ/longe debere recedere a confessione illa vocali: sed calcatis legibus papæ, Cæsaris/principum & diaboli: sit cõtentus in confessione mentali. Neq; necessariã vult esse confessionẽ vocalem ante sumptionẽ sacramenti eucharistię/ licet eam cõsulat. Vides iã quantũ malicia fecerit / excidere Ludderũ a veritate: qui primo dixit deũ non remittere/nisi prior sit remissio sacerdotis vult sufficere confessionem mentalẽ deo, sine remissione sacerdotis: qui prius dixit confessionẽ probari ex claro textu euangelii q; sit necessaria: iam negat eam probari ex scriptura. Qui prius dixit papã audiendũ & prælatos ex iussu dominico. Quis vos audit/me audit: iã mandat leges Cæsaris calcari pedibus cum legib9 pape & diaboli. Qui prius dixit / deum velle subiici sacerdoti: iam illud negat deum velle: quæ cum maxime inuicem pugnent / & toto cœlo dissideant/vnusquisq; vir bonus & integer / facile deprehendet falsam/ mendicacẽ / erroneam ac deceptoriam esse Ludderi doctrinã: quę seipsam iterimat ac corrumpat/ veritatẽ lacerat / sanctã fidẽ le-

Cõtradictiones Lud.

dat. Ob hāc causam iuste alma Parrhisień Theo logica dānauit infra scriptas Ludderi ꝓpositiões quas cum eorum censura subiiciemus. parrhisień.

Confessio illa quæ nunc agitur occulte in aurem, nullo potest iure diuino probari: nec ita fiebat primitus.

Huius propositionis prima pars est falsa & ex ignorantia iuris diuini asserta: secunda est temeraria posita.

Spiritualis defectus est soli deo aperiendus si oportet confiteri occulta cordis: tantum ea quæ sunt pleni cōsensus in opus, hoīes debēt cōfiteri.

Peccata contra duo vltima pręcepta decalogi cōmissa sunt prorsus a confessione secludenda.

Quę libet harum trium propositionū est infidelis erronea: & impie confessionem dimidians.

Vide parrisień. iuris diuini & humani scientissimi, qui per Ludderū & me in arbitros disputationis lipsicæ electi fuerūt, hanc doctam de Ludderanis erroribus de confessione dederunt sententiam. Et cum testis vacillans fidem dictis suis adimat: per repugnantia dicta Ludderi nulla credulitas doctrinę suæ amplius est adhibenda.

Confessionem clāculariam fuisse in ecclesia apostolorum & Martyrum probatur ex Luca Clemente & Tertuliano. Cap. i.



Ege diuina cautum esse osten/dimus de confessione: veritatem autē catholicā asserentes / in præsentia ostendamus confessionem illam occultā semp fuisse in vsu: & hinc ordiamur / quēadmodū baptismus saluatoris, præuiū habuit baptisma Iohannis / quod non erat sacramentū / nec remittebat peccata / sed erat quædā protestatio credendi in CHRISTVM venturū, & opera pœnitentiæ faciendi. Sic & cōfessio ad sacramentū pœnitentiæ pertinens / suum habuit apud Iohannē pręambulū: nam & baptisati ab eo, confitebantur peccata sua: licet nec baptis-
Math.3. mus / nec confessio fuerint sacramenta. Nam ita testatur Matheus. Tunc exibat ad eum Hierosolima & omnis Iudea, & omnis regio circa Iorda-
Marc i. nem & baptisabantur ab eo in Iordane / confitentes peccata sua. Idem testatur Marcus capite i. eisdem quasi verbis. Et quod futurę in ecclesia cō-
Beda. fessionis pręambulum fuerit Beda ibidem testat. Exemplū confitendi peccata, & meliorem vitam

promittendi datū eis qui baptismaaccipere desy derant/sicut etiā prædicāte Paulo in Ephesо mul ti credentium veniebāt: confitentes & annuncian tes actus suos quatenus abdicata vita veteri, reno uari mererentur in CHRISTO. Clarius hoc prosequitur Chryso. Homilia x. super Ma theo. Tempus quidem confessionis incūbit his quoq;, qui baptisma consecuti sunt: aliis quidem vt post patentia criminū vulnera, pænitentia inter ueniente curentur: & ad sacra mysteria redire me reantur: aliis vero vt eam quam post lauacrū cœ leste conceperant maculā diluentes/ad dominicā mensam, munda iam conscientia, securaq; conue niant. Absistamus igit̃ ab hac fluida/ dissolutaq; vita nequeant enim omnino: nequeūt aliquando in vnum & cōfessionis lachrymæ & corporis cō uenire deliciæ: & hęc vos doceat B. Iohannes, Et eam confessionē fuisse in vsu tempore aposto lorū probat id quod supra Beda de Paulo dixit & Lucas renarrat Actuum xix. multiq; credētiū veniebant confitentes & annunciantes actus suos. At quia adhuc pertinaciter resistis/quia vel de cō fessione quæ deo fit / vel de confessione publica il la veniant intelligenda. Ostendamus alienā fore a vero & a dyabolicis hominibus confictam esse hanc ꝓdigiosam confessionis torsionē sed in pri mitiua ecclesia, tempore Martyrum, postea con fessorum, hanc fuisse clanculariā confessionem/

Actu. 19.

Chr. so.

Beda.

Clemens

quã auricularẽ nominitãt. ¶ Et primo prodeat Clemens S. Petri discipulus / & Martyrum du ctor ac doctor confessionem auricularem in ipsis initiis fuisse: his verbis testatur. Quod si forte in alicuius cor vel liuor vel infidelitas: vel aliquod malũ ex his quę supra cõmemorauimus, latẽter irrepserit, non erubescat/qui animæ suę curã gerit cõfiteri hęc ei qui præest: vt ab ipso per verbũ & consiliũ salubre curẽt: quo possit fide integra & bonis operibus pœnas ęterni ignis euadere: & ad perpetuæ vite prẽmia peruenire. Et iterũ. Quod in nauigatione pelagi humanę vitæ ferendi sunt vomitus & succussationes & agitationes: cum ex confessione peccatorum & reiectione criminum velut male congregati in visceribus fellis eiectio facienda est & abiicienda prorsus a corde intrinse cus latens amaritudo peccati. Si qua forte ex desyderiis iniqua, velut ex cibis noxiis congregata est: quam vtiq; cum euomuerit quis & abiecerit, ingentis ęgritudinis liberabitur morbo: si tamen post vomitum, quæ ad sanitatem pertinẽt: sumat.

põderanẽ ta clemẽtis

Pondera studiose lector: sanctum martyrem non loqui de confessione: quæ fit deo: nam iubet con fiteri ei qui pręest: vt ab ipso verbo & consilio cu retur. Verbo absolutionis per clauem potestatis. Consilio doctrinæ per clauem scientiæ. Et quod sit necessaria, liquet ex addito: quia per confessio nem euadit ignem ęternum: & venit ad præmia

ęterna. Et quod subdit prorsus abiiciendam a corde amaritudinem peccati per cōfessionem peccatorum. Nec potes diuinari eam fuisse publicam: quoniam cum hic agat de occultis peccatis/ quæ cogitatione latent & latenter irrepunt. Non autem videtur rationabile vnquam fuisse tam duram & austeram apud Christianos legem: vt publice corā omni populo/quis latencia & solo deo cognita peccata ꝓderet: & se infamaret: cum vix obtinet Christiana lex, vt vni in secreto sub arctissimo silentii sigillo: occulta pandantur. Immo hęretici cum quibus nobis iam bellum est, nolunt ecclesiam posse precipere: vt ore quis confiteatur latentia cordis peccata. Nam quod non exegerit publicam cōfessionem ecclesia in occultis: liquet ex verbis Chrysostomi super epistola ad Hebræos. Non dico tibi/vt te prodas in publicū/ neq; apud alios accuses: vti in sequentibus plura de his verbis Chrysost. deo volente dicturi sumus. At dicis itinerarium seu recognitiones Clementis & alio titulo eius circumlata: apocrypha sunt, non idonea tantam rem affirmare. Non diluitur hoc pacto inductio, quoniam non ideo aliquid est falsum/quia apocryphum: & si apocrypha nō veniunt citanda cur Iudas apostolus testimoniū citauit ex apocrypho libro Enoch. vt recte colligit S. Hierony. pro defensione S. Pauli, sup epistola ad Titum. Adde quod verba illa quæ ferun

hæretici.

Chrysost.

Et de pœni Homili a 31. & 41.

apocrypha

Iudas tad.

Hierony.

tur esse Clementis, aduersariorũ etiã iu dicio vera sunt. Itaq; ex datis propositum nostrũ inferim⁹, nam Oecolampus ait de illis. Hæc quidem apocrypha habentur vera tamẽ, & quæ antiquã consuetudinẽ probant. ¶ At ne veritati suum, credant hęretici deesse patrocinũ / & leuibus eam iniuriis: Tertulianum euocemus, proximo tẽpore post apostolos / inter martyres viuentẽ / magistrum a sancto Cypriano, vt Hieronymus testatur, appellatũ. Qui libro de pœnitentia / vbi primum dixerat de quibus peccatis esset agenda pœnitentia / carnalibus s. & spiritalibus. Et quia non facti solum, verum & voluntatis delicta vitãda, & pœnitentia purganda esse. Præstituerat etiã pœnitentiã esse tabulam secundã post naufragiũ, id quod etiam Hieronynimus dixit posterius / licet Ludder magna impietate neget: subiũgit Tertulianus. Tantũ releuat confessio delictorũ / quantum dissimulatio exaggerat Confessio enim satisfactionis consiliũ est, dissimulatio contumaciæ. Huius igitur pœnitentiæ secundæ & vnius: quanto in arto negotium est, tanto operosior probatio vt non sola conscientia proferatur / sed aliquo etiã actu administretur. Is actus qui magis græco vocabulo exprimitur, & frequentatur exhomologisis est / qua delictum nostrum domino cõfitemur: nõ quidem vt ignaro / sed quatenus satisfactio cõfessiõe disponit, confessione pœnitentia nascitur:

Oecolamp. Tertulian⁹ Cyprianus Hierony. Hiero. Tertul.

pœnitentia deus mitigatur: Itaq; exomologesis prosternendi & humiliādi hominis disciplina est conuersationē iniungens misericordiæ illicem. Quid clarius poterit is dicere pro confessione oris ante M. ccc. annos: quia delictum non solū conscientia proferatur/hoc etenim esset confiteri deo mente: sed aliquo actu administratur, & illū actum græce exprimit/quia ἐχομολόγησις latinis est confessio. Et quibus fieri debeat vt puta sacer dotibus, postea explicat cum inquit: plerūq; ve ro ieiuniis preces alere, ingemiscere / lachrymari & mugire dies noctesq; ad dominū deum tuum/ presbyteris aduolui/ & aris dei adgeniculari/om nibus fratribus legationes deprecation s suæ iniū gere. Ecce sacerdotibus aduolui debet. Sed dicit Beatus Rhenanus Tertullianum nichil locutū de clancularia confessione / quæ pœnitus id tēpo ris ignorabatur. Quod vltimū falsissimū esse iā pluribus ostendemus: tamen Tertullianū quoq; de clancularia confessione locutū ex eo liquet quod sequitur, plerosq; tamen hoc opus & publicatio nē sui aut suffugere, aut de die in diē differre præ sumo pudoris magis memores quā salutis: velut illi qui in partibus verecūdioribus corporis con tracta vexatione, conscientiam medentiū vitant: & ita cum erubescentia sua pereunt. Intollerandū scilicet pudori/domino offenso satisfacere, saluti prodactæ reformari. Ne tu verecūdia bonus / ad

B Rhena nus.

delinquendũ expandens frontẽ/ad deprecandum vero subduces. Hic cõfessionẽ de qua loquit ne cessariã esse affirmat: quia nõ confitentes cũ erubescentia sua pereunt. Et cũ superius ab initio dixerit peccata spiritalia / & ea quæ sola volũtate commissa sunt, fore cõfitenda: quis modo poterit ita desipe/ vt tã ĩ hũana ac dura fuerit primitiua ecclesia vt pceperit occultorũ delictorũ publicã cõfessionẽ: quo se qs corã toto populo diffamaret, taceo de periculis & dãnis inde prouenientibus. Plura sunt occulta delicta, quę si publicarentur / quot odia cædes, discordiæ & alia mala seqrent. Ideo etiã apertius postea ostendit debere fieri confessionẽ homini, & non occultandũ peccatum Grande plane emolumentũ verecundię, occultatio delicti pollicetur (loquitur ergo de occultis) videlicet si quid humanæ noticię subduxerimus, proinde & deum cælabimus. Adeo ne existimatio hominũ & dei conscientia comparantur. Adhortando itaq; ad pœnitentiam post multa inquit. Igitur cum scias aduersus gehennam, post prima illa intinctionis dominicæ monimenta (idest baptismi Sic enim ipse & S. Cyprianus baptismum nominare solent) esse adhuc in exomologesi secunda subsidia, cur salutem tuam deseris? cur cessas aggredi quod scias mederi tibi? vide quam necessariam faciat pœnitentiam: vt qui eam relinquat salutem suam deserat. Cum contra lutum lutulen

Nunq̃ occulta peccata publice confitebantur.

Tertull.

Cypria.

tũ afferat, confilii effe pœnitentiã ficut virginitatẽ non præcepti. ¶ Meminit pręterea cõfeffiõis libro fecundo aduerfus Marcionẽ: vbi cũ de pœnitentia dei dixiffet/quod fimplicẽ conuerfionem fententiæ prioris iudicet: quia & fic pœnitẽtiæ nomen, non ex delicti confeffione: fed ex animi demutatione cõpofitum eft (loquitur de μετάνοια) affert exemplum Adę ad pænitentiã vocati, & infra Interrogat deus quafi incertus, & vt hic libri arbitrii improbans hominẽ in caufa, aut negationis: aut vt cõfeffionis/ei daret locum fponte negãdi delicti & hoc nomine grauãdi: atq; ita cõderentur nobis exempla confitendorum potius delictorum: quã negandorum, vt iã tunc initiaretẽ Euãgelica doctrina. Ex ore tuo cõiuftificaberis, & ex ore tuo dãnaberis. vir hic omnium iudicio vetuftiffimus vult Euãgelicę effe doctrinæ cõfeffionẽ ex ore, cui⁹ figura & forma in Adã pceffterit: illa aũt nõ potuit effe folũ gñalis: qm huiufmodi ẽt fuit in lege Mofaica, q̃ e indubitate loqtur de confeffione quę facerdoti fit/ ficut & in libro de pœnitẽtiã. At forte Tertulian⁹ nõ eft tibi fatis grauis autor/qd inuidia & cõtumeliis clericorum Romanæ ecclefiæ / ad Mõtani puerfa dogmata declinauit, vt autor eft Hiero. lib. de viris illuftrib⁹. At fiue hec de pœnitẽtia ante hærefim aut pofteri⁹ fcripferit parum refert. Nã hoc in omnẽ euẽtũ euincit, confeffionẽ clãculariã nõ fuiffe incognitã i primitiua

Tertull.

Tertull. lapius

Hiero.

ecclia tpe martyrꝝ/cui⁹ Tertullian⁹/velut necessa riæ meminit,nō solū vt consultæ quod diuersarii nunquā vitabunt; nisi astruant confessionē occul torū peccatorū publicā fuisse tūc necessariā: quod non dicent opinor,quoniā cum pōtifices/ qui clā culariā induxerunt confessionem eorū opinione, animarū faciunt tyrannos: sanctos Martyres qui publicam de occultis & solum cogitatis peccatis exegissent confessionē / decies tyrannos facerent.

Confessionē auricularem faciendam sacerdoti ex Origene probatur euidētissime. Cap. ii.



Pergamus plura afferre testimonia,hanc confessionis rationē fuisse in primitiua ecclesia: & accedat Origenes ecclesiarū post apostolos magister, vt ait Hiero. inter martyres viuens/& ipse martyris leonidis filius: & clara voce nobis pronūciet/ confessionē illam occultā/vocalē quæ sacerdoti fit/fuisse tēporibus suis in vsu. Nam Homilia ii. sup leuitico (Homiliæ enim istæ Origenis sunt non Cyrilli, sub cuius tamen nomine Iodocus Clithoneus fecit excudi) ponit septem remissiones peccatorꝝ: quarū vltima est,licet dura & laboriosa,per pœnitentiam remissio peccatorum cū lauat peccator in lachrymis stratū suum, & fiunt ei lachrymę suæ panis die ac nocte: & cum nō erubescit sacerdoti do

Orige.

Hieroni.

mini indicare peccatum suũ: & quærere medicinã secundũ eum, qui ait. Dixi pronunciabo aduer sum me iniusticiam meã dño: & tu remisisti im pietatẽ cordis mei. Expende magnũ ecclesiæ pri mitiuæ doctorem/ inter remissiones & satisfactio nes peccatorũ eum cõnumerare pœnitentiã: inter cuius officia & hoc describit/ vt quis victa vere cundia peccatũ suum indicet sacerdoti/ & quærat ab eo medicinã. Loquitur ergo expresse de con fessiõe vocali/ q̃ fit sacerdoti: & non de gñali nã q̃ verecũdia esset in gñali confessione aut publico℞ delictorũ Itaq; de illa priuata & clancularia loq tur confessione. Que Erasmus Roterdamus ad hunc locum affert: nos suo loco confutabimus. Ps.31.

¶ Et quia hostes habemus temerarios & p̃sum ptuosos: qui verbis sacræ scripturæ vim inferunt: & sentẽtiis patrũ facile illudũt ne quis sinistre hũc locum torqueat: apertiora Origenis testimonia adferamus/ quæ nullis adulterinis glossematibus conspurcentur vbi memorię succedit/ quod se quenti Homilia inquit. Etenim omni genere pronũcianda sunt/ & in publicũ proferenda cũcta quę egerimus. Si quid in occulto gerimus/ si qd in sermone solo/ vel etiã intra secreta cogitationũ cõmisim⁹/ cũcta necesse est publicari: cũcta p̃ferri Si ĩ hac vita dixit de accusatiõe diaboli, subdit. Et postquã p̃ueniamus eũ: & ipsi nr̃i accusatores simus, nequiciã diaboli nostri inimici effugim⁹: Orige.

Sic.n. & alibi propheta dicit dic tu iniqtates tuas prior vt iustificeris, nõne euidẽter mysteriũ quod tractamus ostẽdit. At forte & hic locus Theoni no dente arroderet: volumus omnino aduersariis silentiũ imponere, vt ne hiscere quidẽ contra possint, adducimus Origenis Homiliã ii. super ps. 37. dñe ne in furore tuo &c. Sup quo Homeliã et primã, libro primo superi⁹ citauim⁹. Inqt au tẽ inter alia sic. Quoniã iniquitatẽ meã pronuntio. Pronuntiationẽ iniquitatis: idest confessionẽ peccati frequenter diximus. Vide ergo quid edocet nos scriptura diuina: quia oportet pecatũ non celare intrinsæcus: fortassis enim, sicut ii qui habẽt int⁹ inclusã ęscã indigestã, aut hũoris vel phlegmatis stomacho grauiter imminẽtia: si vomuerint releuant. Ita et hi q peccauerũt, si qdẽ occultãt, & retinẽt intra se peccatũ, intrinsec⁹ vrgent & ꝓpemodũ suffocant a phlegmate, vel hũore peccati. Si aũt ipe sui accusator fiat, dũ accusat seipm & cõfitet: simul euomit delictũ, atq; omnẽ morbi digerit causam. Tantũmõ circũspice diligẽtius/ cui debeas cõfiteri peccatũ tuũ: ꝓba pri⁹ medicũ cui debeas lãguoris causã exponere: q sciat ĩfirmari cũ infirmante/ flere cũ flẽte, q cõdolẽdi & cõpatiendi nouerit disciplinã: vt ita demũ si qd ille dixerit: q se pri⁹ eruditũ medicũ ostẽderit, & misericordẽ, si qd cõsilii dederit facias: & seqris: si intellexerit & ꝓuiderit talẽ esse lãguorẽ tuũ / q in cõuẽ

Orige.

tu toti⁹ eccl'iæ exponi debeat, & curari: ex quo for tassis & cæteri edificari poterūt / & tu ip̄e facile sanari: multa hoc deliberatiōe / & satis periti medici illius cōsilio ꝑcurandū est. Quid mō aduersariorum turba, cōtra mutire audet. Primo hic vetustissim⁹ doctor inter martyres viuens ante annos. M ccc. nos doceat qa oporteat nos cōfiteri, & nō celare peccatū intrīsec⁹, deinde / ne credat suffice re cōfiteri deo: asserit peritū deligi debere medicū / cui causas lāguoris exponat. Itaq; indubie hominē innuit / cui cōfitearis. Et ne per generalē euadas cōfessionē / explicat cām lāguoris ita explicādā, vt ille cōsiliū afferre possit qd faciendū / an toti eccl'iæ ꝓponēdū: qđ ī ip̄a ḡnalitate dep̄hēdere nō posset, quātūcūq; prudēs aīæ iudex. Et quid Tertulianū & alios eo volūt cū Cypriano torq̄re / vt solū de publica loquanť cōfessiōe, hic aperte mendacii cōuincūtur, qm̄ Origenes verax & antiqssimus testis hic nos certiores reddit: illū primo clā cōfiteri: & si ita visum fuerit cōsilio sacerdotis / mľta cū deliberatiōe in cōuentu totius ecclesiæ exponat, qa hāc publicā cōfessionē / nō exigebant nisi grauissima crimina. Itaq; hūc vnū grauissimū testē / a nullo catholico hac parte rep̄hēsum vel notatū / opponam⁹ Luddero Carlstadio / Melāthoni / Oecolāpo Aegrano / & quotquot fuerint / male de cōfessiōe clāculari sentiētib⁹ / ac temere negātibus eā fuisse in primitiua eccl'ia martyrum. Cū hic

ponderatur. Verba O.ig.

martyris fili⁹/nó semel quoq; ad martyriū parat⁹ plenissimā de illa confessione faciat fidē. Et ne dubitari possit de libro (nam & hac vtuntur astutia hęretici/vt si liber quispiam citatus fuerit/qui eis aduersetur,mox ei autorem adimunt : quod iā in dionysio,Augustino & Hierony. sępe fecerunt) Ruffinus ad Apronium has Homilias interpretatus est,vt indubie cōstet eas Origenis fore. Nō opus est alios Origenis locos adducere/vbi & cōfessionem oris necessariam statuit libro enim iii. περιαρχῶν capite .i. inquit. Ita & si qui nō pri⁹ animæ suæ vicia & peccatorū suorū cognouerit mala,ac proprii oris confessione prodiderit:purgari is atq; absolui non poterit. Vide duo necessaria : primū quod peccata sua agnoscat confessione cordis,dein quod illa prodat confessione oris. Valeant ergo noui prophetæ ac Danieles/qui ecclesiæ Martyrum, & Hieronymo incognitam dicunt fuisse hanc confessionē. ℭ Sic de S. Fabiano papa Martyre legimus : quod dum Philippus Imp. vigiliis paschæ interesse vellet,& cōmunicare ministris, papa reiiciit : ne quousq; confiteretur peccata sua eum ad communionem susceperit.

Heretecorum dolus

Ruffinus.

Origenes.

Fabianus.

Confessionem clancularem factam sacerdoti tempore Martyrum probatur ex Cypriano. Cap.iii.



AD illustrem ecclesiæ doctorem & sanctum Martyrē Cyprianū: veniamus, austerum ecclesiasticæ institutionis obseruatorē. & initio non est opus eius afferre testimonium de exnomologesi in solemni pęnitentia necessaria: quoniā hanc aduersarii admittunt, & hāc solam cognitam patribus mentiuntur: at de confessione clancularia eundem aliquando locutū ex eo liquet: quod in sermone de lapsis vbi primo pluribus exhortatur / vt latentia peccatorū vulnera detegant / admonet vt etiā occulta & solum cogitatione perpetrata delicta confiteantur, & quosdā hoc fecisse cōmendat. Inquit enim. Viderit an minore vel dedecore vel crimine apud homines publicauerit / quod admisit. Deum tamē iudicem subterfugere & vitare non poterit: cum dicat spiritussanctus in psalmis. Quod est imperfectum meū viderunt oculi tui: & in libro tuo omnes scribentur: & iterum. Homo videt in facie / deus in corde. Ipse quoq; dn̄s præmoneat & præinstruat dicens. Et sciēt omnes ecclesię / quia ego sum scrutator renis & cordis: perspicit ille abdita & secreta / atq; occulta consyderat: nec dei oculos potest aliquis euadere dicentis. Ego deus ap

Cypri.

ps.138.

Sap.1.

Hiere.23.

proximans: & loquitur deus de longinquo. Si ab
scóditus fuerit homo in abditis: ego ergo non vi
debo eum? Videt ille corda & pectora singulorum:
& iudicaturus non tantum de factis / sed & de ver
bis & cogitatióibus nostris: omnium mentes, vo
luntatesq; conceptas in ipsis adhuc clausi pectoris
latebris intuetur. Ecce quæ Sanctus. martyr ve
lit detegi per confessionem hominibus, quantum
cumq; occulta & latentia cordis. Et subdit. De
niq; quando & fide maiore & timore meliori sũt:
qui quãuis nullo sacrificii aut libelli facinore cõ
stricti / quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt
hoc ipm. Apud sacerdotes dei dolenter & simpli
citer confitentur: exhomologesin conscientiæ fa
ciunt: animi sui pondus exponunt: salutarem me
Gal. 6. delam paruis licet & modicis vulneribus exqui
runt, scientes scriptum esse, deus nõ irridetur. An
adhuc aliud petimus testimoniũ. Etiã cogitatióe
cõmissa cõfiteri, & non cuilibet sed sacerdoti: nec
cõfessio illa solénis pœnitentiæ est q̃ nõ nisi graui
bus imponebat criminib⁹: nec tñ fiebat sacerdo
tib⁹, sed toti ecc̃lie: hi aũt parua & modica vulne
ra exqrebãt, & animi pódus exponebãt. Et duris
simũ ac impatibile on⁹ fuisset / oĩa publice cõfite
ri / q̃ quis sola cogitatióe admisisset / vt supius sępe
monuim⁹. Cócludit aũt sctũs martyr in hũc mo
dũ. Cõfiteanť singuli q̃so vos fratres delictũ suũ:
dũ adhuc q deliquit in sęculo est: dũ admitti con

fessio eius pōt: dū satisfactio & remissio p sacerdotes apud dn̄m grata est. Vides nō vnū vel alterū/ sed oēs debere cōfiteri. ℭ Et quod nō solū maiora delicta q̄ crimina dicunt, & publicā isto tempore exigebāt pœnitētiā sint cōfitēda,/sed ēt minora delicta: testat̄ idē in ep̄la ad plebē q̄ incipit. Ingemiscere vos. vbi inqt. Nā cū in minorib⁹ delictis: q̄ non in deū cōmittūtur / pœnitentia agat̄ iusto tpe: & exomologesis fiat inspecta vita eius qui pœnitentiā agit, nec ad cōmunicationē qs venire possit, nisi pri⁹ illi ab episcopo, & clero man⁹ fuerit imposita: quātomagis in his grauissimis & extremis delictis, ante oīa & sed̄ m disciplinā dn̄i obseruari oportet. Et ad clerū insequēti ep̄la, decernit imminēte mortis articulo, ita vt exitus vrgere ceperit peccator ēt diacono, si præsbiter rept⁹ nō fuerit: exhomologesin facere delicti sui possit. His duobus locis de publica cōfessiōe solēnis pœnitētiæ non loqtur: qa minora delicta q̄ in deū nō cōmittunt̄, hāc nōn expostulant. Et quod altera corāsolo diacono fit: & tamen confessio ēst: licēt secundam non existimen sacramētalem/ sicut nec illam quæ consilio Augustini in necessitate fit layco. Iuuat propositum quod in alia ep̄la ad clerū scribit de modo agendi pœnitentiā. Agit inqt, ille pœnitentiā /qui diuinis p̄ceptis mitis & patiēs, & sacerdotib⁹ dei ob tēperās, obseqiis suis & opibus iustis dn̄m promeretur. Expēde sacerdotib⁹

Cypri.

Augusti.
Cypria.

dei obtemperans: pœnitentia itaq; sacerdotis iudicio agebatur in Martyrũ ecclesia. Et quomó iudicarent hanc vel aliam pœnitentiã iniũgendã/ nisi prius peccatorum fieret exhomologesis. Ideo ante M. cc. annos tam de minimis quam maximis confitebantur sacerdotibus peccata: qui tũ iudicabãt/quæ pœnitentia peccatori cõfitenti imponenda. Nolo dubiis teles certare aduersus hostes confessionis: nam si eis Petrum Alexandrinũ & Martyrem ad ferrem / volentem vt qui per Simulationẽ decipissent Idolatras: quod nonnulli confessores permiserãt: tamen eis pœnitentiam iniũgit Petrus Canone. v. At elaberentur diuersarii/dicentes eum loqui de confessione pœnitentię solemnis. At quia Oecolampius petrũ latinis dedit, cũ Nicephoro Chartophilace ad Theodosium Monachum. Et hunc in præsentia afferre placet / plane & clare de confessione scribentem ligandi soluendiq; prouincia / inquit/pontificibus ipsis, a clementissimo deo nostro demandata est. Siquidem ad Petrum ait. Quecumq; ligaueris ligata: & quæcumq; solueris/soluta erunt. Vnde olim omnes oportebat ad ipsos pontifices accedere/suaq; illis occulta prodere/& sic vel reconciliationem/ vel repudium ferre. Ignoro autẽ, qui factum sit/cur hec minus obseruentur: quamuis existimem pontifices/negotii tedio: frequentiq; multitudinis turbulentia defatigatos: id operę ad mo

Pet alex.

nicephor9.

Mnth. 16.

nachos transmisisse/ad eos s. qui vere probati sint & aliisq; valeant esse vtiles. Et infra: Porro si qs expertus sit & frugi/& cum hoc sacerdotio funga tur, ad illum in primis accedendum: nam poterit indigo prodesse/accedétem se diligentius curare, reconciliare item & corrigere: Subdit de sacerdo tis officio lapsos spiritalibus increpationibus ad monebit: vtiliter consulet: vitam futuram: & ęter na supplicia in memoriā reducet. Vnum cauebit ne indulgentius & citra omnē obiurgationem ab soluat: fiatq; alienorum criminū particeps. Quid hic dicent aduersarii/ & potissimū Oecolampius interpres Nicephori, primo enim potestatem cla uium obiter asserit. Deinde omnes olim oporte bat accedere pontifices. Non dicit confessionem fuisse liberam/ vt insaniunt Ludder & Oecolam pus: sed oportebat eos accedere. Et ne ad frater nam cōfessionem illud sacrarū litterarū corrupto res torqueant, affirmat oēs oportebat accedere ad pontifices. Et ne nobis falsa distinctione illuderēt de publica confessione/ adiecit. Suaq; illis occul ta prodere. Occulta enim nullus vnquā publice fuit in ecclesia coactus confiteri/ & se diffamare: si cut ex Chrysostomo audiuimus, quare clancula ria fuit illa confessio & auricularis (Id enim no minis Oecolāpius sacramentali dedit cōfessioni) Et satis confirmat/quod addit/Et sic recōciliatio nem/ vel repudium ferre. Erat itaq; in iudicio sa

[Margin notes: "in Oecolāp" beside "Quid hic dicent…"; "1" beside "interpres Nicephori"; "2" beside "bat accedere pontifices"; "3" beside "pus: sed oportebat"; "4" beside "pontifices. Et ne nobis"; "Chrysost." beside "ria fuit illa confessio"]

5 cerdotis, illum absoluere aut ligare. ℭ Et quod de sacramentali locutus sit confessione liquet ex eo/quod monet bonum & idoneum eligi debere confessionis ministrũ, nam ad expertum & frugi in primis accedendum. Quod in solemni poenitentia opus nõ erat: sed coram ecclesia, hoc est plebe & clero cõfitebatur peccata sua: vnde non opus erat inquirere vnum expertũ & frugi: qui tot mi
6 libus confitebatur. Roborantur dicta potissimũ per officia/ quæ bono animarum curatori tribuit quæ omnia non ad publicam referẽda sunt poenitentiam/sed sacramẽtalem/in qua admonebit/ cõsulet & terrebit/ac obiurgabit: frustra enim timeret: aliquem absolui citra obiurgationem in solẽni poenitentia: cum ipsa poenitentiæ obseruantia, obiurgatio sit tota, vt ab initio descripsimus: Itaque omnia ista optime conueniũt in hanc clancularia confessionẽ: quæ ab ipsis apostolis, semp in vsu fuit ecclesiæ, etiã tempore martyrum: quantũuis hæretici cõtrariũ mẽtiant. Quod Christus ĩpenitẽtes sp iudicat & damnat: poenitẽtes vero/ qa aseipsis suscipit iudicatos: absoluit (inquit Cyprian⁹ de cardinalibus Christi operibus.) Neqꝫ iudicio qđ poenitẽtiæ hũane seueritas protulit: aliquid iustitia coelestis apponit: admirãda profecto & clementissima sententia.

Cõfessionẽ auricularrẽ fuisse antiquitus ꝓbatur ex Hylario/sed euidẽtius ex Basilio. Cap. iiii.



Ecurso Martyrũ tẽpore/ad Collimitios veniam⁹: ad eos q in humanis fuerũt persecutionũ tyrãnicarũ tẽpore / & hæreticoꝝ postea turbationes ꝓuectiori ętate sense rũt. Et primas quidẽ partes libenter tribuerẽ Hylario / quod is vetustissim⁹ Theologus sit ex latinis Europe⁹. multũ ab hæreticis infestat⁹: at quia in re minime dubia vir sanctus, non exacte adeo/ locut⁹ est / diuersarii variis confictis glossematib⁹ sententiã suã lacerabũt. Ad mẽtalẽ, aut publicam trahẽtes oĩa cõfessionẽ/attamẽ veritate suffulti pauca nichilomin⁹ ex eo decerpamus/ q̃ cõfessionẽ testificanť, nã psalmo 66. duplicẽ asserit cõfessionẽ vnã laudis/sicut christ⁹ dixit. Cõfitebor tibi dñe pater cęli & terræ qm̃ abscõdisti hec a sapiẽtib⁹ & reuelasti ea paruulis. alia pctõꝝ cõfessoꝝ/vbi in deserto Iordanis cõfitebanť pctã sua esse, hoc qppe fundamentũ: sup p̃s autẽ 118. sup hoc versu. vias meas ꝓnũciaui, & exaudisti me/doce me iustificatiões tuas, adducit illud ei cõsentiẽs. Pronũciabo aduersum me iniusticias meas dñe. Et rursum. Iustus in exordio sermonis sui, ipse sibi accusator est Ergo hic pronuntiatio q̃ diciť / non laudatio est/ sed cõfessio viarũ suaꝝ. i. pectõrũ suoꝝ pœnit⁹ cõfessio refert dein eo verbum prophetæ/ quia ante cõfitendũ est de peccatis, exacta cõfessiõe discẽdæ iustificationes dei. Porro super p̃s. 135. Confite

Hylarius.

Hylarius.

Luc.1.

Mat.3.

p̃s:1.8.

p̃s.31.

prouer.18.

p̃s.131.

mini domino, quoniã bonus: quoniam in sęcula misericordia eius. duplicis intelligentiæ inquit/ significatio defertur: vt aut deũ in confessione lau dem' / quia bonus: aut peccata nostra cõfiteamur quia in sęcula misericordia eius. Nõ enim necessaria est confessio deo / qui nichil ignorat / vt ea q̃ gesseris confitearis. Quia porro confessione ista deus non ęget: cuius agnitioni nichil occultũ est, cuius aditui nichil inuiũ est, cuius virtuti nichil reliquũ est: extra quem locus nullus est. Sed con fessio est rei eius quæ ignorabatur professio cogni tio ex alterius iudicii opinione in alterius intelli gentiæ proficiens sententiam. Et infra. Confessio erroris, professio est desinendi: desinendum ergo a peccato est: ob quod peccati cœpta cõfessio est: cæterum extra veniam est / qui peccatum cogno uit / nec cognitum confitetur. Et infra docet autẽ spiritussanctus semper confitendũ, cum ait per ꝓ phetam. Iustus ipse sibi accusator est in primo
prouer18. sermone. Iustus se nõ ex pręsentibus / sed ex præ teritis accusat. Et infra Hec est illa viri iusti vera confessio qui iustitiam pręsentem ex præteritorũ conscientia & confessione commendat: ad quam & alibi per prophetã monemur. Confitere inqt peccata tua prius / vt iustificeris. ¶ Super p̃s p̃
Esa.43. terea. 137. cum duplicem distinxisset confessio
ps:137. nem, subiungit. Maxima aũt & vtilissima est le talium viciorũ morbis in eorum confessione me

dicina : sed confessio peccati non est velut tum re rum aliis ignoratarũ professio: neq; tanquã igno rans / qui scrutatur corda & renes deus / ad scientiã suam, confessione tua indiget : cui promptum est non solum cogitata / sed cogitãda perspicere &c. Super Matheo quoq; ait de Iohãne baptista. pœ nitentiam quoq; regno cœlorũ propinquãte pro nũciat / per quam & reditus ab errore, & recursus a crimine, & post viciorum pudorẽ professio de sinendi / vt deserta Iudea meminisset se eum susce pturam, in quo regnum cœlorum est, non vacuã deinceps futuram: si se a veteribus viciis pœniten tiæ cõfessione purgasset super Math. quoq; cap. xviii. inquit. Neq; naturæ nostræ vicia indulgẽ tiam merebãtur: sed venia omnis ex eo est : cum etiã ea quę in se sint peccata, post reditum confes sionis indulgeat : & loquens de pœna in autores dñcæ passionis constituta subdit. Sed dñs per cõ fessionem credẽtium, huius criminis veniam lar gitur: idest per baptismi munus obtrectatoribus ac persecutoribus gratiã salutis indulget: quanto magis oportere ostẽdit sine modo ac numero ve niam a nobis esse reddendã : nec cogitandũ quo tiens remittamus. referendum ad id est, q; Petr' interrogauit, quoties deberet remittere fratri in se peccãti. Ad ista omnia dicerẽt forsan aduersarii, Confessionem probarent mentalem quę deo fit: ego Hylarium virum sanctũ existimo loqui de

Hylar.

Hylar.

confeſſione quæ in eccleſia dei fit: at vt cumq; fit: hoc ſaltē euicimus, & illa deductione patefecim⁹ frequēs fuiſſe apud virū ſanctū cōfeſſionis nomē.

Baſilius. ¶ At fortius ſtringam⁹ aduerſarios per Baſiliū, & ſi grçcū, ſyncronon Hylarii: virū tam grauem vt negari non poſſit. tam apertū vt non poſſit di ſtinctione eludi. tam cogētē, vt nō poſſit ſiniſtris interpretatiōibus torq̄ri aut adulterari. Tam cer tum, vt non poſſit vocari indubiū. Locus eſt ex libro de inſtitutiōe monachali Cap. xxi. Quærit Monachus. Qui vult confiteri peccata ſua: an omnibus debet confiteri & quibuslibet/ an ſacer

Ezech. 18. dotibus tantū: Reſpōdet Baſilius. Clemētia dei erga eos qui deliquerunt manifeſta eſt/ſecundum quod ſcriptū eſt. Qui nō vult mortē peccatoris: ſed magis vt cōuertatur & viuat. Quia ergo cō feſſionis modus adhoc aptus eſt: vt conuertens ſe a peccato fructus dignos oſtendere debet pœnitē

Math. 3. tiæ ſecundū quod ſcriptū eſt. Omnis arbor quæ non facit fructum bonū excidetur. & in ignē mit tetur. Neceſſarium videtur iis quibus diſpēſatio myſteriorum dei commiſſa eſt/cōfitenda eſſe pec cata. Si enim & hi qui antiquitus pœnitebant, in ueniuntur apud ſanctos confeſſi eſſe peccata ſua. Scriptū eſt in Euangelio: quia Iohanni baptiſtæ

Math. 3. Act. 19. cōfitebātur populi peccata ſua. Et in actibus apo ſtoloꝝ/Apoſtolis ii q baptizabant. et cap. xviii. quçſiuit monachus. Si quis etiā in paruis delictis

afffigere voluerit fratres dicens pœnitere per singuli: an ne forte & ipse immisericors videat, & dissoluere charitaté? Respódet Basilius. cũ affirmauerit dñs, quod iota vnũ, aut vnus apex nó tráſibit a lege/donec omnia fiant: & rursum diffiniérit/quod de omni sermóe otioso/quod locuti fuerint homines, reddét de eo rationé in die iudicii, nichil oportet cótemni tanquá paruum. Capite quoq; 98. querit Monachus. An decat cũ soror aliqua cófitetur quodcũq; delictũ suum presbytero: etiá matré monasterii adesse? Respódet Basilius Honestius michi videt esse & religiosius/ vt per seniorẽ matré presbyter, si quid illi videtur sibi statuat: & modũ & tépus pœnitétiæ imponat ad emendationé eius/quá corrigi desyderat a peccato. Rursus ambigit monachus verũ decet gesta turpia cófitenti vel obscęna inuerecundius annũciare oĩbus, aut certis qbuslibet, aut qbuscũq;? decidit Basili⁹. Cófessio pectorũ hác habet rationé/quá hét vuln⁹ aliquod corpis vel passio / quæ medico demóstráda est. Si ergo nó oĩbus qs vicia vel vulnera corpis sui reuelat, nec qbuslibet: sed iis tm̃mó q summę peritię & testimoniũ hñt: & curę ac medelę disciplinã. Ita cófessio pectoꝝ fieri debet apđ eos tm̃mó/q curare hęc ꝑualét & emédare scđm qđ scriptũ est. vos q fortiores estis, infirmitaté infirmorũ portate: hoc est exportate & auferte p curationé. Hec Basilius Græcus & mag

Math. 5.

Math. 12.

nus ecclesiæ antistes, non recens, nec nouicius: vt cuius corp⁹ ante M. & c. annos cōputruit Cōfes sionē asserit faciēdā. Et ne credas eū de mētali lo cutū, quæ deo fit exprimit cui debeat fieri confes sio/quia homini: Et ne fraternalem prætendant diuersarii confessionem: ostendit præsbytero cō fitendum. Et quia vnicum aduersariorum asylū est, vt ad publicam confugiant confessionē: hanc ex proposito reiicit Basilius/ volens priuatim fie ri confessionē vni. Adeste ergo veritatis aduersa rii: & mēdacia vr̃a cū Basilicis institutis cōferte: anne adhuc vobis videt̃ hæc clācularia confessio ignota fuisse sanctis patribus? anne adhuc a ... ima rū tyranni & animicidæ eam excogitarūt? quo in mentes hominū tyrannidē agerent? Iam iam reli ctis vestris mendaciis/cōuiciis,/ blasphemiis/ve ritatem catholicam agnoscite colite, & tenete.

Confessio auricularis probatur ex Hieronymo, Ambrosio, & Paulino. Cap. v.



Hiero.

T cū Hieronymus diligētissime ab aduersariis lectus sit: quæ eos vel occupauit obliuio, aut deti nuit malicia, vt & Hieronymo, & Hieronymi tempore ignotam dicerent/hanc confitendi rationē/cui fuit notissi ma quod ex commentariis eius super Math. fa cile est videre: reprehendens enim sacerdotum ali

quoq; præſumptionē, confeſſionē aſſerit / ſup iſtis verbis. Et dabo tibi claues regni cœlorū, ſic di cens. Iſtum locum epiſcopi & præsbyteri non in telligentes, aliquid ſibi de phariſæorum aſſumūt ſupercilio: vt vel damnent innocentes, vel ſoluere ſe noxios arbitrentur. Cum apud deum non ſen tentia ſacerdotum / ſed reorum vitā queratur. legi mus in leuitico de leproſis: vbi iubentur: vt oſtē dant ſe ſacerdotibus. Et ſi lepram habuerint: tūc a ſacerdotibus inmundi fiant, nō quo ſacerdotes leproſos faciant & immūdos, ſed quo habeāt no ticiam leproſi & non leproſi, & poſſint diſcernere qui mundus, qui ve immūdus ſit. Quo modo ergo ibi leproſum ſacerdos mundū vel immun dū faciat: ſic & hic alligat epiſcopus & præsbyter Non eos qui inſontes ſunt vel noxii, ſed pro offi cio ſuo, cū pctōq; audierit varietates / ſcit qs ligā dus ſit, q ve ſoluendus. Epiſcopus ergo & presby ter Hieronymi tempore peccatorū audiuit varie tates Dic iam veritatis inimice, vbi audierit pec catoq; varietates, vt abſolueret vel ligaret / niſi in confeſſione: quam tu Hieronymo in cognitā aſ ſeris. Ideo pulchram eius citat ſententiā Gratia nus de pœni. diſ. i. Menſuram autē temporis in quit / in agenda pœnitentia iccirco non ſatis aper te pręfigunt canones pro vno quoq; crimine / vt de ſingulis dicant / quomodo vnum quodq; emē dandum ſit: ſed magis arbitrio ſacerdotis intelli

Gratianus.

gentis relinquendũ ſtatuũt: quia apud deũ non tã valet mẽſura tẽporis/quã doloris: nec tantũ abſtinentia ciboꝝ, quantũ mortificatio viciorum: propter quod ipſa tẽpora pœnitẽtiæ ꝓ fide & cõuerſatione pœnitentiũ abbreuianda præcipiũt: & pro negligentia protelãda eſtimãt: tñ pro quibuſdam culpis pœnitẽtiæ modi ſunt impoſiti. Et cõfeſſionẽ fuiſſe tempore Hieronymi/ vt peccatorũ emẽdatio ad arbitriũ veniret ſacerdotis: & canones pœnitẽtiales fuiſſe/locus iſte abũde probat. ¶ Cõfeſſionẽ oris ſibi cognitã fuiſſe teſtatur id ſup Ecclesiaſtis x. Si momorderit ſerpẽs in ſilentio &c.

Hiero. Si quẽ ſerpens diabolus occulte momorderit: & nullo cõſcio: eũ peccati veneno infecerit. Si tacuerit q percuſſus eſt/& non egerit penitẽtiã: nec vulnꝰ ſuũ fratri & magiſtro voluerit confiteri: magiſter q hẽt linguã ad curandũ: facile ei ꝓdeſſe non poterit. Si enim erubeſcat ęgrotꝰ vulnus ſuũ medico cõfiteri: quod ignorat medicina/nõ curat. Cõfeſſionẽ vides Hieronymꝰ aſtruit neceſſariã/& magiſtro faciendã: q nõ eſt alius niſi ſacerdos tibi ꝑlatus: & is linguã habet ad curãdũ/dũ abſolutionis beneficiũ impendit.

Hiero. Ob eam cauſam ad Pammachium & Oceanum ſcribens affirmat pœnitẽtiã ſecundã tabulã eſſe poſt naufragiũ. Secũda inquit tabula poſt naufragium eſt culpã ſimpliciter confiteri. Et ſup Hieremia obiurgat eos/q nolũt cõfiteri peccã. Et ſup Eſaia / male egiſſe Ezechiã

testatur, quod partim cōfessus fuerit peccata sua, partim celauerit: vnde eū liquet huius cōfessionis habuisse scientiā. ℭ Ad Ambrosiū festinemus florentissimū episcopū, locuples testimoniū Confessiōi perhibentē. Nā in libro de pœnitētia cap. vii. monet peccata ore confitēda qa ore fiat cōfessio ad salutē. Timeamus inquit/ dn̄m/ præueniamus eū cōfitendo peccata nr̄a. Quid vereris apd̄ bonū dn̄m tuas iniqtates fateri? dic tu iniquitates tuas vt iustificeris: adhuc reo culpę, iustificatiōis p̄mia proponūtur: ille. n. iustificat, q propriū crimē spōte agnouerit, deniq; iustus in exordio s̄monis accusator est sui. Nouit oīa dn̄s: sed expectat vocem tuā, nō vt puniat, sed vt ignoscat/ nō vult vt insultet tibi diabolus, & cælantē peccata tua arguat, præueni accusatorē tuū, si teipse accusaueris/ accusatorē nullū timebis, si te detuleris ipse, & si mortu⁹ fueris, reuiuisces. Inducit postea quomō hoīb⁹ iussit/ vt lapidē remouerēt a sepulchro lazari/ in typo inqt qd nobis donaret/ vt leuarem⁹ delictorꝫ onera, moles q̄sdā reorꝫ. Nr̄m est onera remouere, illi⁹ est resuscitare/ illi⁹ educere de sepulchris exutos vīculis. vidēs itaq; graue on⁹ pectōris illachrymat dn̄s Iesus, & dicit defūcto. veni foras, hoc est. qd iaces ī tenebris cōsciētię & delictorū tuorꝫ sordib⁹/ quodā reorꝫ carcere? Exi foras, delictū ꝓpriū prode, vt iustificeris, ore confessio fit ad salutē, habes quomō cōfessionē cōmēdet, & Ambros.

ne eũ de mẽtali dũtarat loq existimes clare oñdit ex typo lazari suscitati, nobis hominibus deman datum officium, lapidem amouẽdi, & molas reo rum remouẽdi. Et quia foras debet exire, seipm manifestissime explicat / quia de confessione oris loquatur, in criminibus in conscientia latentibus

Ambros. ¶ In exhortatiõe quoq; ad poenitentiam semper sibi similis: inquit Ambrosius Non solum post poenitentiam ab istis (peccatis) intus homo ob seruare se debet / sed & ante poenitentiam dum sa nus est: quia nescit si possit ipsam poenitentiã acci pere / & confiteri deo & sacerdoti peccata sua: ecce quod dico post poenitentiam, dico ante poeniten tiã melius, dic iam audacule, non fuisse confessio nẽ oris sacerdoti factam tempore patrum. Et ꝓ pterea inquit libro de paradiso cap. xiiii. veniabi lis culpa / quam sequitur professio delictoꝝ. Ideo non desperata mulier / quæ non reticuit deo, sed magis confessa peccatum est / quam medicabilis secuta sententia est, dein affert Cayn / qui negauit peccatum quod noluit confiteri / ideo misericor diam dei non est consecutus. Alia ergo ratio mu lieris (Adæ) quæ licet culpam præuaricationis inciderat / tamen de paradisi lignis habebat adhuc virtutis estam / & ideo dixit peccatum suum / & re putatũ est ei ad veniam. iustus enim accusator est sui in principio sermonis / neq; enim potest quis piã iustificari a peccato / nisi fuerit peccatum ante

confessus: vnde dominus ait. Dic iniqtates tuas vt iustificeris. Simile quid inquit libro de Cain & Abel cap. 9. Est quædam in peccatis verecũdia, & pœnitentiæ portio, crimen fateri: nec diriuare culpã sed agnoscere: mitigat iudicẽ, pudor reorũ: excitat pertinacia denegantiũ: vult te ad pœnitentiã prouocare deus: vult de se sperari indulgentiã, vult demõstrare tua cõfessione / quod non sit autor maliciæ. Et alibi inqt. Soluit.n. criminũ nexus verecunda cõfessio peccatorũ. Et Gratianus eum citat de pœnitentia dis. i. verbum. locus iam michi non occurrit Verbũ dei inquit: dimittit peccata: sacerdos est iudex: sacerdos quidẽ suũ officium exhibet: & nullius potestatis iura exercet, & paulopost: dñs par ius & soluendi esse voluit & ligandi: qui vtrumq; pari conditione permisit, ergo qui soluendi non habet ius, nec ligandi habet: & infra, Certũ est / quod ecclesiæ vtrũq; licet: hæresis vtrũq; non habet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Recte igitur ecclesia hoc vendicat / quæ veros habet sacerdotes, hæresis vendicare non potest, quæ sacerdotes dei non habet, expende singula, verbum dei dimittit peccata / sed per iudices sacerdotes: & ii soli habẽt ius ligãdi: & soluendi quãto rectius hic sentit sanct⁹ episcop⁹ dei / quã lutteus ludder. ℂ Sic inquit in commentariis super p̃s. Beati immaculati. Cessat vindicta diuina si cõfessio præcurrat hu

alias diruare. | Gratianus. | de pœnitẽtia contra Nouatum abinitio cap. 2. licet principium. n. cõcordat. | Ambr.

mana: & infra. Si accusauerit se iustus: vocem parat accusationis: excludit qui solet accusare peccata &c. Propterea ad Theodosiũ Imperatorẽ scripsit, se non posse corã eo sacrificare/ nisi prius poenitentiã egisset. Ipm quoq; S. Ambrosiũ audiuisse confessiones poenitentiũ in occulto testis est S. Paulinus. Paulin' synchronos/ad S. Augustinũ, sic scribẽs Quotienscũq; illi aliquis ob percipiendã poenitentiã, lapsus suos confessus esset: ita flebat, vt & illũ flere cõpelleret: videbatur etiã sibi cũ iacente iacere: causas autẽ criminũ / quas illi cõfitebãtur: nulli nisi domino soli, apud quẽ intercedebat loq̃batur: bonũ relinquẽs sacerdotibus posteris exemplum: vt ĩtercessores apud deũ sint magis quã accusatores apud homĩes. Ausculta Paulini verba & reperies cõfessionẽ vocalẽ clanculariã sacerdotibus factã tẽpore Ambrosii ante M.c. annos: quare nullus nisi extreme desipiat, negare poterit vetustã esse illã cõfitendi rationẽ, vtrũq; insaniãt rumpãtur catholicę veritatis aduersarii.

Ex Chrysostomo & hystoria tripartita auricularis confessio cõuincit' fuisse. Cap vi.

Chrysosto.



R estat diui Chrisostomi excutere super hac re sententiã: quod aliqui etiam de ecclesia, velut alio libro ostẽdenus, cũ huius fuisse sententiæ credãt: vt cõfessiorẽ clanculariã reiecerit. Et primo qdã reperio eũ cõfes

ſionis aſſertoré Sermoné xxix ac vbi plura in pœ nitétię laudé affert, & inter alia inqt. Perfecta pœnitétia cogit peccatoré oĩa libenter ſufferre: ſi vio létus quęrat quę habet, nõ vetat: ſi veſté dirimat, non retragat: percutienti maxillá prebet alterá: iá anguriatus vltro adiicit: caſtigat⁹ grãs agit, ꝓuo catus tacet, exaſperatus blãdit, ſuperiori ſupplex eſt, inferiori ſubiacet/ in corde eius cõtritio eſt/in ore eius cõfeſſio, in ope tota hũilitas. hec & pfecta & fructifera pœnitudo. Qui exacte hic tres expli cat pœnitétiæ ptes/Cõtritioné/cõfeſſioné, & ſatiſ factioné p hũilitatis nomé: affirmat igit̃ confeſſio né oris/nõ ſolũ cordis q̃ fit deo. Sic ét Homilia x. ſup Math. inqt. Tépus idé cõfeſſiõis incumbit his quoq̃/q baptiſma cõſecuti ſunt: aliis quidé vt poſt patiétia criminũ vulnera, penitétia ĩteruenié te curent, & ad ſacra redire myſteria mereant: a liis vero, vt eá quá poſt lauacrũ cœleſte concepe rant maculá diluétes, ad dñicá méſam mũda iam cõſciétia ſecuraq; cõuenıát, abſiſtam⁹ igit̃ ab hac fluida/diſſolutaq; vita, nequeũt. n. oĩno, nequeũt aliqñ in vnũ cõuenire, & cõfeſſionis lachrymę, & corpis deliciæ. Huc iá reſpice, & animũ intende, poſt patétia criminũ vulnera, nõ enim patét niſi p cõfeſſioné. Et nedũ hic cõfeſſioné affirmat fuiſſe/ ſed ét certũ tépus cõfeſſiõis: & qbus incũbat con fiteri. Et quod tertio memori méte tenebis, ante ſacrá cõmunioné iubet cõfiteri: quantũ ab illa pa

Chryſoſt.

trum sanctitate exciderũt Ludderani: qui hoc an no currente M. D. xxii. promiscue sacramentũ Eucharistiæ sub vtraq; specie acceperũt, panis & sanguinis: sacerdote celebrante in lingua Germanica, absq; sacris vestibus, & reliquis cæremoniis ecclesie: & laycis sibi mutuo calicẽ consecratum nudis manibus porrigẽtibus: sacerdote quoq; celebrante cõmunionem non sumente: & nullis vel paucissimis prius rite confessis: videor ne tibi lector Christianos Ludderi descripsisse aut potius Thurcas/Agarenos/aut Mahumetanos. ¶ Pro confessione & illa faciunt quę Chrysosto. in xii. capite ad Hebræos scripsit Pęnitentem inquit, non oportet peccatum suũ obliuioni contradere: sed dñm deprecari: vt deus quidem peccati eius non meminerit: ipse autẽ nunquã debet obliuisci. Si autem nos peccati nostri memores sumus: de9 obliuiscitur eius: a nobismetipsis pcipiamus sententiam: nosmetipsos accusemus, tunc demũ propiciabim9 iudicẽ verũ. Peccatũ enim confessiõe minuitur: confessione vero contempta vergit in peius. Comparat dein Adam peccatũ suum cõfitentẽ/ad Cain peccatum negantẽ, & subdit, Magnũ bonũ est/vt quis peccata sua agnoscat: & memoriã eorum perseueranter retineat: nullũ inuenitur delictorũ tale remedium, sicut eorũ continuata memoria. Et infra. Tu vero qui te nunquã peccasse cognoscis, quomodo misericordiam depre

in Ludderanos.

Chrisost.

caris: vel pro quibus oras peccatis. Persuademus igitur nobis peccasse nos nec hoc sola lingua pronunciet, sed etiã intima conscientia, nec tantũ nos peccatores esse dicamus: sed etiã ipsa peccata specialiter singula computemus. Et infra. Si autem nunc obliuiscaris peccatorũ tuorũ, tunc eorum recordaberis nolens, quando in toto mundo publicabuntur, & in conspectu proferentur omniũ, tã amicorũ tuorũ/ quã inimicorũ, & sanctorũ angelorũ, cœlestiumq; virtutũ. Hic habes confessionis virtutem: quantũ bonũ sit peccatorũ memorari: quo pacto lingua & conscie̅tia nos peccasse cõfiteamur, quod sigillatim peccata computemus, quę omnia reiicit Ludder ac damnat: quod si ista facere neglexerimus, publicabuntur peccata nr̃a in extremo iudicio coram toto mũdo. Quomõ autem aduersarii veritatis catholicę torqueãt hũc locum Chrisostomi ad confessioné mentalé contra confessioné oris/propter quædã verba sinistre ab eis intellecta, dicturi sumus libro alio. Cõtra Oecolamp.

¶ Et cum Iohannes Chrysostomus Constantinopolitanæ pręsederet ecclesię, ostendamus confessionem clancularia̅ tunc quoq; & superioribus annis fuisse in ea ecclesia ex hystoria Tripartita: quamuis Socratis & Sozomeni mistio/de solemnis pœnitentiæ confessione & clancularia, aduersarios obruerint/ vt veram intelligentiã perdiderint & in enormes errores ceciderint vti lib. alio Tripartita hystoria.

dicturi summus, at quantū instituto nro ꝑderit/ id quod cepimus prosequamur: libro itaq; nono cap.xxxv.sic renarrat Sozomenus. Quoniā om nino nō peccare diuinū, & vltra humanā naturā esse cognoscit, peccātibus aūt pœnitentiā a genti bus, veniā deus dari pręcepit. Qui vero cōfiteri refugiūt/maius peccatoꝝ onus acqrunt, propter ea visum est antiqs pōtificibus/ vt velut Theatro sub testimonio ecclesiastici populi delicta pandā tur. Et ad hanc causam præsbyteꝝ bone cōuersa tionis, seruantéq; secretū ac sapienté virum statue rūt. Ad qué accedentes hi qui diligebāt, delicta propria fatebātur. At ille secundū vniuscuiusq; culpā, indicebat & mulctā. Quod ēt diligenter hactenus in occidentalibus seruat ecclesiis: & ma xime apud Romam: vbi etiam locus est certus pœnitentiū &c. et quæ sequunt libro isto a nobis renarrata capite primo Me tacēte candide lector veꝝ esse intelligis: nā quæ vltimo dicūtur oīa ad solemné pertinét pœnitentiā/ velut ab initio hui⁹

cap. primo libri dixim⁹. Et tñ auspicat ab auriculari confes sione, quod refugiētes confessioné peccent: quod nō intelligit de cōfessione in solemni pœnitētia: quia illa vt ibidé testat fuit abolita Cōstātinopo li p Nectariū, qui vir bonus & catholic⁹ rem tā necessariā nō abrogasset. Et quod subdit electū presbyterū bone conuersationis / sapienté / seruan téq; secretū: aptissime liquet eū de clācularia loq

cõfeſſione, nõ ad publicã cõfeſſionẽ / quid opus eſſet habere presbyteꝝ ſeruantẽ ſecretũ. Itaq; ſecreto cõfitebant᷑: ideo delectus fuit presbyter ſeruans ſecreti. Quæ aũt poſtea de ſolẽni cõfeſſione ablata Cõſtãt nopoli ad fert, dicturi ſum⁹ alio libro.

Auguſtini tẽporibus fuiſſe auricularẽ cõfeſſionẽ ex dictis eius probatur. Cap. vii.



Vguſtinũ non eſſet opus adferre Si nõ temeritas aduerſarioꝝ hoc expoſceret, ita apte cõfeſſioni clãculariæ teſtimoniũ ꝓhibet, quã tot⁹ liber de vera & falſa pœnitẽtia clamat, & ꝑcipue cap. x. Quẽ penitet, oĩno pęniteat, & dolorẽ lachrymis oſtẽdat, repſentet vitã ſuã deo p ſacerdotẽ, ꝓueniat iudiciũ dei per cõfeſſionẽ; præcepit .n. dñs mũdatis / vt oſtenderent ora ſacerdotibus / docẽs corporali præſentia cõfitẽda peccata, nõ per nunciũ / nõ per ſcriptũ manifeſtanda. Et infra. Qui p vos peccaſtis, p vos erubeſcatis, erubeſcentia .n. ipſa partẽ habet remiſſionis. Ex mĩa .n. præcepit hæc dñs, vt neminẽ pœniteat in occulto: in hoc .n. quod p ſcriptum dicit ſacerdoti, & erubeſcẽtiã vincit, timore offenſi, fit venia criminis. Et infra q̃re qui cõfiteri vult peccata, vt inueniat grãm, quęrat ſacerdotẽ ſcientẽ ligare atq; ſoluere, ne cũ negligens circa ſe extiterit negligat᷑ ab illo / qui eum miſericorditer monet, Auguſt.

Tanta itaq; vis est confessionis, vt si deest sacer dos confiteatur proximo, sępe enim contingit/ quod pœnitens non potest confiteri coram sacer dote, quem desyderāti, nec locus / nec tempus of fert, & si ille cui confitebitur, potestatem soluēdi non habet, fit tamē dignus venia ex desyderio sa cerdotis / qui sotio cōfitetur turpitudinem crimi nis. Multa ad eam rem scripsit libro præfato, vi de cap xix. vbi strennue hortatur/ne erubescentia vincat confessionē. Et cap. xx. sacerdotibus regu lā præfigit. ¶ Sed reclamāt, qui paratiores sūt ad resistendū, quam obediendū veritati/hunc li. non esse Augustini: hoc enim est cōmune aduer santium latibulū: dum quid pro veritate cum di ctis eorum pugnat: negant librum esse sancti auto ris & interea nulla afferant / nisi friuola & temera ria huius indicia, quare optimo iure reiicere pos semus eorum vanos & steriles cauillos. At tamē vt obstruamus os loquentiū iniqua adducamus eum in libris / quos nemo non agnoscit Augusti ni esse, & primo mox apertissimo Augustini testi monio obruamus aduersariorum temeritatē, nā sup illo Ioh. v. venit hora, & nunc est / qn̄ mortui audient vocē filii dei, & q audierint viuent. sic in qt Vox saluatoris irrupit duriciā lapidis, & cor tuum ita durum est / vt nondum illa vox diuina te rumpat. Surge in corde tuo, procede de sepul chro tuo. Etenim mortuus in corde tuo tanquā

dolus! ære ucorum.

August. Ioh. 5.

in sepulchro iacebas: & tanquā saxo malę consue tudinis grauabaris. Surge & procede: & crede & confitere: qui.n.credit surrexit: qui confitet̃, pro cessit: quare processisse dicim⁹ confitenté? quia an tequā confiteret̃ occultus erat, cū aūt cōfiteretur? procedit de tenebris ad lucē. Et cū confessus fue rit/quid dicet̃ ministris? quod dictū est ad funus Lazari. Soluite illū & sinite abire: quomō dictū est ministris apostolis, quæ solueritis in terra, solu ta erunt & in cælis &c. hic iam nemo nisi Chore bo stultior/stipite insensatior negare poterit cōfes sioné peccato℞ factā sacerdotib⁹ vt ministris dei: q potestaté soluendi acceperunt. Sic.n.peccator prodit de sepulchro / alio quin mortuus manet: Ideo sup canonica Iohannis inqt Augustinus, an te oīa debere esse confessioné. ℭ Testatur illam cōfessioné plus quā in xx locis sup psalmis: duos aut tres euocare sufficiat. Inqt.n sup illo ps. lxvi. Cōfiteant̃ tibi populi deus. Inuenerūt viā tuam, cōfiteantur, ipsa cantatio cōfessio est: cōfessio pec cato℞ tuo℞ est virtutis dei, tuā iniquitaté cōfitere gratiā dei cōfitere: te accusa illū glorifica: te repre hēde illū lauda, vt & ipse veniés, inueniat te puni toré tuū: vt exhibeat se tibi saluatoré tuū, quid.n. timetis cōfiteri, & in cōfessione vestra cātare can ticū nouū, cū omni terra. In omni terra, in pace catholica confiteri times deo / ne confessum dam netur? Si non confessus, lates: non confessus, dam Auguſt. ps.66.

naberis. Times confiteri/ qui non cófitendo esse nó potes occult⁹: dānaberis tacitus: qui possis liberari confessus. Confiteantur tibi populi deus: confiteátur tibi populi omnes. Et quia ista cófessio non ad supp'icium ducit: sequitur & dicit. Letent̄ & exultét gẽtes. Si plangũt ante hoĩes cófessi latrones: letẽtur ante deũ cófessi fideles. Si homo iudicet, exigat cófessioné tortor & timor: Imn o aliqñ confessioné premit timor, & exigit dolor. Et ille q plangit in tormẽtis: timet aũt occidi cófessus: portat tormenta, quantũ potest, & si victus dolore fuerit: pfert ad morté vocé suá Nusquá ergo letus, nusquá exultás: Antequá cófiteat̄ exurit vngula: cũ cófessus fuerit: dãnat carnifex ducit̄ miser vbiq;. Sed letentur & exultent gentes: vnde? per ipam confessioné: quare? qa bonus est cui cófitentur, ad hoc exigit cófessioné, vt liberet humilem. Ad hoc damnat non confitentem/ vt puniat superbũ. Ergo tristis esto antequá cófitearis: confessus exulta iam sanaberis. Non confitentis cóscientia, saniem collegerat, apostema tumuerat cruciabat te: requiescere non sinebat, adhibet medicus fomenta verborum, & aliquando secat, adhibet medicinale ferrum tribulatiõis: tu agnosce medici manum/confitere/ exeat in confessione & defluat omnis sanies. Habes in libro minime ambiguo, confessioné faciendam non occultandum tacitus peccatum, sed medicus adhibeat fomenta

verborum sacramentaliũ. Accedit.n. verbum ad elementũ, & fit sacramentũ, inquit idem: & illis animarũ medicis loquitur etiã ps̃ lxxxvii. qui per fidele ministerium opitulẽtur saluti. Ne sim prolixior nolo adferre ea quæ Augustinus super ps̃ lxviii. ps̃ 31. ps̃ 37. ps̃ 96. & ps̃ 99. in cõfessionis laudẽ & testimoniũ dixit: duos tñ locos p̃terire non possum. ❡ Vnũ ex libro de salutaribus documẽtis cap. 52. Ideo debem⁹ inqt, nr̃as cõfessiones veraciter cõfiteri, & fruct⁹ dignos pœnitẽtiæ facere. i. ne præterita reiterem⁹ / secũdũ iussionẽ sacerdotis deũ timẽtis. Qui sacerdos vt sapiẽs & perfectus medicus, primũ sciat curare sua peccata: & postea aliena vulnera detergere & sanare: & nõ publicare: hos sequamur & perqramus: & cũ talibus consiliũ salutis nostræ timeam⁹. frustra quatit caput aduersarius: hic sacerdoti iubet faciendam confessionem: & ne publicam credas fuisse, talem exposcit sacerdotem / qui sanet vulnera, non publicet: clare intelligis clanculariam signari confessionem, eamq; semper fuisse in vsu/ Augustini & Hieronymi temporibus. Hostis autem veritatis petulanter obnititur / vt habeat quod dicat / quod mordeat. ❡ Alter locus est ex libro secundo de visitatione infirmorum: nam cap. 4. Sic inquit. Sunt quidem qui sufficere sibi ad salutem autumant / Si solo deo cui nichil est occultum / quem nullius latet conscientia /

August.

August.

August.

ſua confitentur crimina: nolunt enim, aut erube ſcunt, ſiue dedignantur oſtēdere ſe ſacerdotibus: quos tamē inter lepram & leprā diſcernere per le gislatorē conſtituit dñs: ſed nolo, vt ipſa decipia ris opinione: quatenus cōfundaris confiteri corā dñi vicario, tabeſcēs præ rubore / vel ceruicoſus præ indignatione: nā ipſius humiliter ſubeundū eſt iudiciū / quē dñs ſibi nō dedignat᷑ vicariū. Er go ad te venire roges ſacerdotē, & fac ipſum con ſcientiarū tuarū pœnitus participē. Non te ſedu cat ſuperbientiū illa ſuperſtitio / quæ in viſitando cōfirmat: quia ſaluat ſacerdote inconſulto ad deū peccatorꝝ confeſſio. Nos autē non abnegamus / quin ſit ad deum frequenter referenda peccatorū confeſſio: & in ea quoniā prius eges ſacerdotis q mediator ſit ad deum tuum ſalubri iudicio. Et cap. 5. per totū id ſaxum voluit. Aſtantem corā te ſacerdotē inquit, angelum dei exiſtima: Aperi ei penetralium tuorum abditiſſima latibula, con ſcientiarum verecundarum penitiora reuela repa gula. Non te pudeat coram vno dicere, quod te non puduit forſitan coram multis, & cum multis facere. Ex his aliiſq; Auguſtini teſtimonijs liquet veritas catholica ſ. clanculariam confeſſionem

Paulinus.

ſacerdotibus tēpore Auguſtini factam. ſicut Pau linus ſuus diſcipulus ad ſeuerum obtritionis & confeſſionis meminit.

Ex Leone & Gregorio pontificibus/ auricularis cõfeſſionis teſtimonia afferuntur. Cap. viii.



Pertiſſimis his teſtimõis liq̃t mirabilẽ eſſe diuerſariorũ cęcitatẽ/ q̃ clãcularium negarũt confeſſionẽ olim fuiſſe ĩ eccleſia CHRISTI: Ideo iã ad portũ & ſtationẽ, nauẽ noſtrã dirigamus. Prius tamẽ duorũ Romanorũ præſulum decreta renarremus/cõfeſſioni de qua agimus aſtipulantia. Nam LEO prim⁹ huius nominis papa/autoritate / morũ ſanctimonia/ac eruditione vere magnus, hanc confitendi normã ſuis fuiſſe tẽporibus teſtatur in ſcripto ſuo ad uniuerſos epiſcopos per Campaniã & Picęnũ conſtitutos, quod ex integro a nobis referendum eſt. LEO vniuerſis epiſcopis per Gampaniã & Picænum. Quamuis plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis / quę propter timorẽ dei apud omnes erubeſcere non veretur: tamen q̃a non omniũ huiuſmodi ſunt peccata, vt ea quæ pœnitentiam poſcunt, non timeant publicare. Remoueatur tamen improbabilis conſuetudo: ne multi a pœnitentiæ remedio arceantur, dum aut erubeſcũt aut timent inimicis ſuis, ſua facta referare/quibus poſſunt legum percelli conſtitutione, ſufficit enim illa confeſſio quæ primũ deo offertur, tũc etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitẽtium precator ac Leo

cedit: Habes non sufficere confiteri deo, sed sacer doti confitendũ. Et ne eum existimares locutum de publica confessione / manifeste clanculariã ad mittit: & episcopos prohibet, ne homines ad pu

Gratianus blicã adigãt confessionẽ. Renarrat Gratianus de pœnitẽtia dis. i. sub duobus canonibus c. sufficit et c. quãuis. ℭ Extat aliud eius decretũ, ab eo dẽ Gratiano renarratũ. Multiplex misericordia

Leo dei ita humanis lapsibus subuenit, vt nõ solum p baptismi gratiã, spes vitæ reparet̃ ęternæ: vt qui dona regeneratiõis violassent / proprio se iudicio condemnãtes, ad remissionẽ criminũ puenirent. Et infra Sic diuinę volũtatis pręsidiis ordinatis, vt indulgentiã dei, nisi supplicationibus sacerdo tũ nequeãt obtinere, mediator.n. dei & hominũ, homo dñs IHESVS Christus hãc præpositis ecclesię dedit potestatem, vt cõfitentibus pœnitẽ tię satisfactionem darent: & eadem salubri satisfa ctione purgatos, ad cõmunionem sacramentorũ per ianuam reconciliationis admitterent: nichil his verbis clarius & aperti⁹: vbi obiter sanctus p̃ sul tres pœnitentię partes perstrinxit: pœnitenti bus.n. & confitentibus / sacerdotes satisfactionis emendam iniungant. ℭ Prodeat alter pontifex

Gregor. Gregorius & ipse sanctitate doctrina ac nomine magnus: cuius sententia in hac re minime est am bigua: nam libro xxii. super Iob inquit. Hec sũt veræ hũilitatis insignia, iniqtatem suam quemq;

cognoſcere, & cognita voce confeſſionis aperire. Et libro viii. dixerat. Tribulatio quippe ſpiritus linguam cómouet, vt reatū praui operis vox confeſſionis impugnet. Sciendum quoq; eſt, quia ſępe & reprobi peccata confitentur, ſed deflere contemnunt: ſed electi culpas ſuas quas vocibus confeſſionis aperiunt, diſtricte aduerſiōis fletibus inſequuntur, vnde B. Iob bene poſtquā ſe ori ſuo non parcere ſpopōdit: tribulationū mox ſpiritus ſubdidit ac ſi aperte fateret̃ dicens. Sic reatū lingua loquitur, vt nequaquam expers a mœroris ſtimulo per alia ſpiritus vaget̃: ſed culpas loquens vulnus aperio. Sic alio loco inquit Plerūq; grauioris certaminis eſt commiſſa peccata prodere, quā nō admiſſa vitare. Et ne in dubiū aliquis cōtentioſus hæreticus illud vertere poſſit, cōſtat eū de clācularia locutū confeſſione: quoniā conſtitutione noua, vltra patrū cēſuras, ſacerdotem diris affecit, cōfeſſa peccata publicantem. Eſt aūt huiuſmodi Gregorii decretū. Sacerdos āte oīa caueat ne de his q ei cōfitetur peccata ſua, alicui recitet, quod ea cōfeſſus eſt. Nō ꝓpinquis nō extraneis neq; quod abſit ꝓ aliquo ſcandalo: nā ſi hoc fecerit deponat̃: & oībus diebus vitæ ſuæ ignominioſus pegrinādo pgat. Habes cādide lector, nō ſolum probatum confeſſionis ſecretū ſigillum, ſed etiam pœnam adiectam his qui clanculariā confeſſionem publicant. Gregor.

Conclusio huius libri, cum exhortatiōe vt Christo, Euangelio, ecclesiæ & patribus credamus. Cap. ix.



Atis sit cymbam nostrã hacten⁹ altum sulcasse mare: Iamiam ad portum subducat. Nam neq; aduersarii licet insigniter temerarii erunt tam impudentes vt negent clanculariã confessionem fuisse post B. Gregorii tempora, Itaq; non desudo in adducendis Remigii, Isidori / Theodori Cantuarieñ. Bedæ / Altuini / Esicii / Adamantii / Haymonis / Bernhardi / Anshelmi / & aliorum patrum testimoniis / q a Dcccc. Annis cũ laude & profectu in ecclesia dei vixerunt. Sat sit homini Christiano, satis esse debet aduersariis / si ad vnitatem ecclesiæ sanctæ redire voluerint / ostendisse, cōfessionem semper sacerdotibus factam, ab ipso apostolorũ tempore in ecclesia inuictissimorũ martyrum, & diligentissimoꝶ confessorum: ideo telam comprobationis nostræ / non vltra beati Gregorii tempora deduximus. Et quamuis forsan alicui plura quã oporteat adduxisse videar in re tam comperta & manifestaria: at iuxta eiusdem Gregorii ad Augustinum verba. Omnis sententia facilius creditur / quo pluribus scripturæ testimoniis ꝓbatur: ideo ęquo ferat animo beneuolus lector, hãc paulo ꝓlixiorem confessionis testificationem. Ac sanctis

Gregorii.

patribus / ecclesiæ catholicę cõsentientes conclu damus, dominum & magistrum nostrum HIESVM Christum hoc saluberrimum sacramentum pœnitentię instituisse: nam tam efficax contra peccata remedium, non potest nisi deus instituere. Et quia pœnitentiæ sacramentum administrari non potest a sacerdotibus / nisi præuia confessione vocali. Ideo confessionem delictorum prius exigit deus, ante tribunal iudicis adeo constituti / cui potestatem dedit soluendi & ligandi in cœlo & interra. Quam confessionem etiam aduersasii, non poterunt negare, fore rem longe saluberrimam ac saluti animarum vtilissimam: adeo vt reuera confessio illa quæ hodie fit in ecclesia catholica, sit neruus religionis nostrę, & disciplinæ Christianæ. Quare quicumq; illi detrahunt / illam contemnunt / populo velut non necessariam publicant. Hostes sunt ecclesiæ catholicæ, ius diuinum rumpentes: lacerantes doctrinam Euãgelicam, ac veritatem spiritus: pręcones sunt antichristi, famuli venatici diaboli, animarum deceptores & seductores magistri hæresum: & verissimi animicidæ. Quanto rectius est christum in hoc saluberrimo pœnitentię sacramento venerari. Medelam ęgris mentibus paratam / gratissime acceptare, & vulnera peccatorum confessionis remedio sanare: vt sic deo obedientes peccata confessa sacerdoti, in extremo iudicio: vbi reuela

P

buntur occulta cordium, lateant: vt Sic cum capite saluatore nostro domino HIESV / ęterna possideamus gaudia vitæ Confitentes gloriam dei in scła sęculorum Amen.

Registrum.

ABCDEFGHIKLMNOP.

Omnes sunt duerni.

Romæ per Iacobum Mazochium, Adriano vi. Pont. Max. & Carolo v. Imperatore Aug. Hispaniarum rege, orbi Xpistiano præsidētibus, Anno gratiæ M.D. xxiii. Mense Maii die xxiiii.

Reuerendo patri D. Johān. Ru fo archiepiscopo Consentino pa trono suo: Joh. Eckius S. d.



Xaminaui anno supiori Antistes amplissime, Ludderi contra salu berrimũ pœnitentiæ sacramentũ scripta: in quibus sane reperi mul ta a vero & fide catholica aliena: ea contestim gladio spiritus iugulaui: Consilium fuit iam edendi cõfessionis materiam, quod in ea videam neruum disciplinæ ecclesiasticæ consiste re: libros tamẽ de initio pœnitẽtiæ, de satisfactio ne & aliis pœnitentiæ appendicibus, dilutionem obiectorum per Ludderum & Oecolãpadium, dum cõmodum fuerit emittam. Liber vt vides tenellus est, veretur aditare Mæcenatem: Innatã tuam petit humanitatem, vt tuo patrocinio ei nõ desis apud Pont. Max. Cui in grauissima regen dæ ecclesię hoc periculoso tempore sarcina, suppe tias solitus es conferre consiliarias: Hortari non desinas, ita per D. O. M. te obtestor, ecclesię ca tholicæ pastorem: vt tãdem dispulsis hæresum ne bulis / serena & syncera veritas fidei fidelibus illu scat. Vale & salue præsulum decus, pauperculi Eckii memor, Romę &c.

Emacula in libro isto.

A.i pag.i. Iohanne adde Eckio.
A.ii.pag.i triumphrao le.triumphato
ibi obnoxius le.obnixius.
A.3.pa.2.egeret le.egerit.
a.4.pa.i.religauerit le.relegauerit.
B.2.pa 2.ecclesiam le.ecclesia
ibi ruet le.met.ibi annos le.annis
B.3 infi.cā le.caute.
C.1.pa.1.lasis le.lapsis.ibi voluit le.noluit.
ibi libidinem le.libidinum.ibi pa.2.qd le.quo.
C.3.pa.1.fir le.fit. ibi pa.2 quiduidam le quidā
C.4 pa.2.etim le.etiam.
D.1.pa.2.fantali le.fontali.
ibi impiguit le.impingit.
D.2.pa 1.sanctus le.sancti.
D.2.pa.2.prebent le.probant.
D.4.pa.2.mirabire le.mirabere.
E 1 pa.1.fidelissum le.fidelissimi.
E.4 pa.1.negarent adde necessariam.
F.1.pa 1.innouit le.mouit F.2.pa.1.hoe le.hoc
ibi pa.2.peceata le.peccata.
F.4 pa.1.dictu le.dic tu.
G.2.pa.1.Euangelium le.Euangelicum.
G.3.pa.2.Euasios ludderi le.Eua similiter.
ibi dicant le.dicat.

G.4.pa.1.renisantem le.recusantem.
ibi iurisdictiam le iurisdictioni. ibi Euandegio lege Euangelio.
H 1.pa.2.cũfirmauit le.confirmauit.
H.2.pa.1.q le.per. H 4.pa.2. remissior leg. remissio.
I.1.pa.2.nenq; le.neq;. K.1.pa.1.exo &c.le. ego. K.4.pa.1.conficeti le.confiteri
L.2.pa 2 teles le.telis.
M.2.pa.2.aduesarii le.aduersarii.
M 3.pa.2.Et le En N.2.pa.1.patientia le.pa tentia. N 3.pa.1.obruerint le.obruerit
O.2 pa 2.in ra le.infra.

Iohan Eckii artium decretorum & Theologiæ doctoris libri duo de confessione finem habent, Mazochio excusore in alma Vrbe Rhoma.

1523.

Adriano vi. Põt. Max. Et Carolo Imperatore Romanorum & rege catholico orbem Christianum Regentibus.

F I N I S.



SCHOLIA

Ex publicis prælectionibus

in primũ cap. prioris epiſtolæ ad Timoth. hoc anno Ingolſtadij habitis collecta, quibus præcipuè confutantur, quæ Vuirtembergici quidam Theologi ex eodem cap. Catholicis obiecerunt.

Rediguntur uerò ſimul in Theſium formam, ut habeant Theologiæ ſtudioſi, quo ſe diſputando commodè exerceant.

Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti uos rationem de ea quæ in uobis eſt ſpe: ſed cũ modeſtia & timore conſcientiã habentes bonam. 1. Pet. 3.



Ingolſtadij ex Typographia Vueiſſenhorniana. Anno 1568.

*egimus apud Irenæum et Euſebium Pamphilum, olim ab Hebionę, Seuero & Tatiano Epiſtolas Pauli, tamquam diuino ſpiritu indignas, ex numero ſacrorum uoluminum reiectas fuiſſe. Idem ſcre de Cerintho Philaſter, & de Marcione & Baſilide Tertullianus & Hieronymus memoriæ prodiderunt. Ex horũm grege fuiſſe uidentur, qui Clemente Alexandrino teſte, neutram epiſtolam ad Timotheum admittebant. Cauſa uero quare id fecerint, in promptu eſt: quidam enim illorum Iudaizantes, ueteris legis cæremonias ſimul cum Euangelio retineri uolebant, alij cibos quoſdam uel nuptias, tanquam per ſe malæ eſſent, damnabant, quæ dogmata ſanctus Paulus in his epiſtolis ſtrennue refutauit. Hoc uerò tempore, quin potius ante centeſimum ſupra milleſimum & amplius annum in hunc uſq; diem, quatuordecim Pauli epiſtolas, quæ omnibus notæ ſunt, nullus (niſi hæreticus ſit illorum antiquorum ſimilis) negare poteſt, in Canone diuinarum ſcripturarum eſſe reponendas. Aduerſarij uerò laudandi ſunt quidem eo nomine, quòd Epiſtolam ad Hebræos, ut diuinam ſcripturam uenerantur, ſed cum Paulinam eſſe diffitemur, grauiter errant, temere faciunt, ſchiſmati fauent, ſeq; ab Eccleſiæ Catholicæ ſocietate alienos eſſe declarant. Cum enim ab eo, quo diximus tempore Græcæ Latinæq; Eccleſiæ [a] conſenſu (ut ex Patribus & Synodis liquet) epiſtola illa Pauli nomine conſtanter admiſſa, & in templis publicè ut legatur propoſita ſit, inſigniter ſanè temerarij & inſipientes ſunt, qui ſoli ſapere uideri uolunt. In eo, imprudentiæ etiam ſunt arguendi, quod dum authorem illius epiſtolæ, non eſſe Paulum temerè oſtendere, ſimul authoritatem oppugnant, quam alibi ſe admittere ſanctè profitentur. Nos igitur cum Eccleſia Catholica, non ſolùm eius Epiſtolæ reueremur authoritatem, ſed & authorem Paulum Apoſtolum eſſe fatemur, & quæ aduerſarij obijciunt, dilui facile poſſe cenſemus, imo iam ſæpius à Catholicis ſcriptoribus eruditè copioſeq; diluta, & penitus infirmata eſſe cognoſcimus.*

Iren. lib. 1. c. 26. Euſeb. eccleſ hiſt. lib. 4. c. 20. & lib. 6. c. 27. Philaſt. in catalo. hæreſ. ubi de Cer. Tertull. lib 5. aduerſus Marcionẽ. Hieron. præfa. in comment. epiſtolæ ad Titum. Clem. li. 2. ſtrom.

a Conci. Laodicẽ, ſub finẽ. Gregor. Nazian. epigrammate, περὶ τῶν γνησίων βιβλίων τῆς θεοπνεύστου γραφῆς. Amphilochius ubi ſcribit carmine catalogum ſacrorum librorum, Damaſ. lib. 4. c. 18. Athanaſius in ſynopſi diuinæ ſcripturæ. Clemens Alexand. apud Euſeb. li. 6. c. 11. Orig. apud eundem lib. eodem c. 18 Nicephorus lib. 2. c. 45. Ex latina vero eccleſia, Conc. Carthag. 3. c. 47. Florent. ſub finẽ. Trident ſeſſ 4. ſub Paulo 3. Innocent. primus epiſt. ad Exuperium. Gelaſius in Concil. 70. Epiſcoporum. Auguſt. lib. 2. de doct. Chriſt. c. 8 Ruffinus in expoſitione ſymboli. Iſidor. lib. 6. etymol. c. 1. Ambroſ. li. 2. de Cain & Abel, & lib. 2. de Abraham eam epiſtolam ut Paulinam agnoſcit. Similiter & Hieron. in epiſtola ad Dardanum, quem aduerſarij de illa epiſtola dubitaſſe, falſò docent,

Argumentum Epiſtolæ.



Onet Apoſtolus hac Epiſtola Timotheum, quem Epheſinæ præfecerat Eccleſiæ, ut ſe ſuamq; plebem, aduerſus hæreſes tunc præſentes Simonianorum & Iudaizantium, & futuras alias muniat: ut ἑτεροδιδασκαλοῦντας coerceat, doctrinam Apoſtolicam de legis fine, de cauſa Chriſti aduentus, & de alijs religionis noſtræ capitibus conſtanter retineat & defendat: ut in eligendis Epiſcopis, Diaconis, uiduis magnam cautionem adhibeat: ut deniq; lectioni, orationi, uirtutum ſtudio uacans, ac Eccleſiæ regendæ diligenter intendens, omnia paſtoris munera ſedulò prudenterq; perficiat. Miſſa uerò fuit Laodicea Phrygiæ, uel (ut alij uolunt) Lydiæ ciuitate, poſtquam Apoſtolus (Euſebio et Nicephoro teſtibus) à Nerone nondum in Chriſtianos ſæuiente fuerat abſolutus. Aberrant autem aduerſarij nonnihil à ſcopo, qui tum hic, tùm in epiſtola ad Galatas, propoſitum Apoſtoli eſſe ſignificant: hominem peccatorem coram Deo nullis operum ſuorum meritis, ſed ſola Dei gratia, propter ſolum Chriſtum ſola fide apprehenſum (ut ipſi loquuntur) iuſtificari, hoc eſt à peccatis abſolui: neutro enim in loco illos præcipuè redarguit (quamuis & ipſi reprehendi potuiſſent) qui peccatores iuſtificari proprijs meritis docerent, ſed eos potiùs, ut Patres etiam tradunt, qui iam credentibus, uel etiam iuſtis, legem Moyſis uolebant neceſſariò ſeruandam eſſe.

Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 2. c. 22.
Niceph. hiſt. Eccleſ. lib. 2. c. 34.

Chryſoſt. Ambr. Theophyl. & alij in hanc Epiſtolã, & in Epiſtolã ad Galat. Hieron. & Augu. in eandem.

Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, *ſecundum imperium Dei.*

I.



Vm in epiſtolis alijs ſanctiſſimus Paulus uocibus illis utatur: κλητὸς ἀπόστολος, uel, διὰ θελήματος θεοῦ, hoc eſt uocatus Apoſtolus, uel, per uoluntatem Dei. hic Apoſtolum ſeſe nominat κατ᾽ ἐπιταγὴν θεοῦ, nempe ſecundum imperium, uel mandatum Dei, quod maius eſſe quàm illa Chryſoſtomus & Carthuſianorum pater Bruno ſapienter adnotarunt. Hinc non ſolum intelligimus

Oẽs in comment. in hanc epiſtolã.

ligimus animum addi Timotheo, quod Ambrosius obseruauit, sed etiam timorem incuti sub persona Timothei (quod Chrysostomus, Theophylactus et Anselmus significarunt) omnibus illis, qui Antistitum suorum mandatis resistunt, uel non obtemperant: siquidem non humanorum, sed diuinorum mandatorum uiolatores sint, uel contemptores. Rectè propterea colligit D. Thomas ex eodem nomine imperij, teneri necessitate præcepti ecclesiæ Præsules, ad suum officium præstandum, cuius sententiam illa Pauli uerba confirmant: Si euangelizauero non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit, Væ enim mihi est, si non euangelizauero. Quare falluntur hæretici, bonorum operum necessitatem penitus negando. 1. Corinth. 9.

II. *Cum uerò non uocatione, uel uoluntate Dei tantùm, sed etiam diuino mandato factum se Apostolum testatur, eos maxime redarguit, qui cum nec à Deo, nec ab hominibus potestatem habentibus missi, nec sacris ordinibus uerè initiati sint, docent tamen plebem Christianam, concionantur, et Sacramenta quælibet tractant & administrant. Fures hi sunt & latrones, non per ostium in ouile Christi ingredientes, de quibus & similibus iam olim Deus apud Hieremiam, hisce uerbis conquerebatur: Non mittebam Prophetas & ipsi currebant, non loquebar ad ipsos & ipsi prophetabant.* Iohan. 10. Hier. 23.

Gratia, misericordia & pax.

III. *Falso docent aduersarij, nomine gratiæ, quæ græce dicitur Χάρις, in scripturis sacris Dei tantùm fauorem uel beneuolentiam in nos significari: non autem donum diuino fauore nobis tributum, quo intrinsecus anima nostra perficiatur. Non enim obscurum est Ioannis 1. ad Rom. 1. 12. 15. in poster. ad Corinth. 9. ad Ephes. 4. ad Heb. 13. & in priore Petri 4. & alibi, nomen hoc, pro dono potius, quam pro fauore accipiendum esse.*

IIII. *In Paulinis uero salutationibus, etsi damus in ea quā dicunt significatione sumi posse, tñ alteram hanc excludi minimè feremus: præsertim cum in Chrysostomi, Augustini, Hieronymi, Theophylacti, Theodoreti, Primasij, Anselmi, Brunonis Haymonisq; commentarijs (ut recentiores alios omittamus) hæc potiùs quàm illa adferri probariq; uideatur. Dum autem aduersarij significationem hanc derident, callidè quidem id faciunt, quod nequeant*

aliter

Hieron. in epistolā ad Ephes. Augu. in expositione inchoata epistolę ad Rom. cęteri in cōment. in epistolas Pauli. Ambr. lib. 2. de vocat. gent. c. 9. & lib. de Ioseph Patriar. c. 11. August. lib. 1. de peccat. meri. & remiss. c. 9. & de Spiritu & litera. c. 3. 32. & contra 2. epistolas Pelag. lib. 4. c. 5. & de prædest. sanctorum. c. 8. 10. Cyprianus epistolā 7. ad Magnum, lib. 4. Hierony. ad Hedibiam, quæst. 9. & lib. 1. aduersus Iouin. ubi illud ex 1. Petri adfert, sicut boni dispensatores. Chrys. hom. 13. & 31. in Ioannem edisserens illud, c. 1. Lex per Moysen data est, & illud, c. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei. Cyrillus lib. 2. c. 21. & 75. edisserens eadem loca. Conc. Trident. Sess. 6. can. 11.

aliter commenta sua de iustificatione stabilire: sed interim scriptoribus sacris & patribus, qui frequenter illo nomine ad donum significandum usi sunt, uel imprudenter, uel malitiose insultant.

Vt denuntiares quibusdam ne aliter docerent.

V. Verbo illo, παραγγέλλειν, quod significat cũ potestate præcipere, non obscure docet Apostolus, præcipiendi authoritatem ecclesiæ pastoribus esse tributã. Hac uero authoritate uel potestate, cũ in alijs ecclesiæ periculis, tum maxime in reprimendis magistris et concionatoribus, aliter quam acceperit Ecclesia docentibus, uti debent. Ac primum quidem (ut post Brunonem Thomas admonuit) eorũ interest, huiuscemodi magistros, ne doceant uel concionentur prohibere, quod si morẽ gererẽ noluerint, tũ plebi ne ipsos audiat, imperare. Cõfirmat hoc Apostolorũ consuetudo, qui aliã doctrinam tradentes, tanquã anathemata, ab omnib. habendos, ac deuitandos esse præceperũt.

In comment. in hunc locum.

Roma. vlt. Gal. 1. 2. Ioan. 1.

VI. ἑτεροδιδασκαλεῖν, recte hoc loco uulgatus interpres et Ambrosius uertunt, aliter docere: quibus Chrysostomus & Theophylactus assentiuntur, illud uerbum interpretantes, aliam inducere doctrinam. Est autem aliter docere perinde accipiendum, ac euangelizare præter id quod acceptum fuit, quo loquendi modo ad Galatas scribens Apostolus usus est. Cum uerò nihil sit acceptum, quod idem traditum non fuerit, censemus euangelizare, præter id quod acceptum est, nihil aliud esse (ut etiam Chrysostomus significat) quam doctrinam aliquam tradere, apertè uel occultè, cum ea pugnantem, quam ecclesia tradentibus Apostolis accepit, & acceptam succedentibus filijs suis fideliter commendauit.

In hunc locum omnes.

Galat. 1.

Chrysost. in ca. 1. epist. ad Galatas.

VII. Rectè præterea patres, euangelizare præter id quod acceptum est, definiunt, Tertullianus quidem, de suo arbitrio quicquam inducere, non quod à Christo per Apostolos traditum sit, docere: Augustinus aũt, prætergredi in docendo regulam fidei, uel, ut alibi loquitur, de priuato fluere, nõ de medio: Anselmus uerò regulam fidei excedere, & ab acceptæ ueritatis uia exorbitare. Consentit et Origenes, proferentibus scripturas aduersus ecclesiæ doctrinam non esse credendum, præcipiens, sed ecclesiasticam traditionem modis omnibus esse retinendam: qui etiam hæreticum affirmat eum, qui cum se Christo credere profiteatur, aliud tamen de fidei Christianæ ueritate credit, quam habeat ecclesiasticæ traditionis definitio.

Tertull. li. de præscrip. hæreticor. August. tract. 89. in Ioan. & contra Faust. lib. 17. c. 3. & in sermo de calend. Ianuarij, in Psal. 103. Anselmus hic & in c. 1. epist. ad Gal. Origines Homel. 29. super Matth.

VIII. Cum igitur ἑτεροδιδασκαλεῖν, siue aliter docere, idẽ sit quod euangelizare præter id quod acceptum est, et cum Apostolus hic, & eiusdem epistolæ,

epistolæ,c.6.hoc uerbo utens pseudoapostolos designet,qui ijs, quæ uel ipse, uel Apostoli cæteri docuerant,cõtraria tradidissent,illi existimandi sunt aliter docere,qui Apostolicæ doctrinæ,quæ nobis ex ecclesiæ traditione cõstat, aduersum aliquid attulerint. Apposite proinde Bruno, eos aliter docentes pronunciat,qui singularem inducunt doctrinam,ab ecclesiæ cõmunione declinantes.Nec multo secus Theophylactus ἑτεροδιδασκαλοῦντας eos nominat,qui aliam doctrinam,& decreta à ueris aliena inducunt. Quare nostri temporis hæretici nequeunt effugere,quin cum aliter docentibus numerentur,& anathemata sint ab Apostolo damnata. Ambo in hunc locum. Galat.1.

IX. Ad doctrinam aũt Apostolicam pertinere dicimus, quæcunq; sub fidem cadunt Catholicã: quod enim confingunt hæretici,nos existimare noua quædam,quæ sic credenda sint nunc Pontificibus uel Synodis diuinitus reuelari,nunquam antea Apostolis cognita,cũ alijs ipsorum mendacijs numerandum est. Docemus enim Apostolos à Christo Domino & à Spiritu sancto didicisse,atq; ecclesiæ quam fundarunt,scriptis uel sermone fideliter tradidisse,quicquid ad fidei doctrinam,eiusdem ecclesiæ status conseruatioq; requirebat.Pontifices uerò uel Synodos, cum aliquid credendum esse decernunt, non noui quicquam inuehere: sed quod temporum iniuria,uel alia causa,in Apostolica traditione latebat illustrare,uel ex eadem aliud quippiam firma ratione concludere. Iohan.14: 16. Ephes.2. Apocalyp.21.

X. Vnde fit,ut quot sunt modi dignoscendi,quæ credenda sunt,totidem et modis Apostolica dignoscatur doctrina, præter siue contra quam nihil ulli docere liceat.Credendum uerò nobis,imprimis esse fatemur, quicquid illis libris manifestè continetur, quos tanquã diuinos ecclesia suscipit,et quicquid ex eisdem necessariò (eadẽ ipsa iudicante) colligitur: Deinde quod ab omnibus creditur ecclesijs,tũ quod ab orthodoxis patribus ordine succedentibus magno consensu traditum est: deniq; quod in legitimis cõcilijs, uel per summos Pontifices omnibus proponitur,ut fide Catholica credatur. Concil. Trident. ses.4.cap.1.& 2.

Neq; intenderent fabulis.

XI. His uerbis Iudaizantes potiùs quam alios redargui, ex eo constat,quod paulò post subijcitur:Volentes esse legis Doctores.Per fabulas autem rectè Chrysostomus et Augustinus,quos plæriq; sequuntur,negant legem ueterem aut eius partem aliquam intelligi: sed hominum traditiones, non quasuis,sed falsas,legiq; diuinæ contrarias,quas δευτερώσεις uocant, quales apud Mattheum Christus Dominus reprehendit. August.li.2.cõtra aduers.leg.& prophet.c.1. Chrysos. & plæriq; expositores in hunc locum. Hierony. in c.1.epistolæ ad Titum. Mat.15.

Et

Et genealogijs interminatis.

XII. Nec hic quidem de Genealogijs agi, quæ in libris ueteris Testamenti traduntur, cum Augustino, cæterisq; nonnullis censemus, sed de alijs, harum occasione uel alia causa, falso & inaniter confictis, quarum finis uel nullus, uel inutilis esset. In Genealogijs uerò, quæ in sacris leguntur libris, quas & Paulus nonnunquam studiose interpretatur, cùm & finem bonum respiciant, & significationem piam habeant, ac mysteria sacrosancta complectantur, tantum studij laborisq; poni potest, quantum ad nostros instruendos, & ueritatis hostes reprimendos satis fore uideatur.

August. ibidem. Theodoretus, Lyranus in hunc locũ, & alij plures.

Roma.9. Galat.4.

Quæ quæstiones præstant magis, quam ædificationem Dei, quæ est in fide.

XIII. Per οἰκοδομίαν siue ædificationem, uirtutum & iustitiæ, quæ secundum Deum est, confirmationem uel incrementum intelligimus: Cui ædificationi fides ideo adiungitur, quod uera hæc iustitia, nec esse absq; fidei fundamento, nec augeri sine actionibus ex fidei radice natis ualeat. [a] Si autem cum Chrysostomo & Theophylacto, [b] οἰκονομίαν, hoc est dispensationem, legamus, sensus erit: fabularum & genealogiarum curiosam discußionem, dubitationes adferre, Deiq; œconomiæ cõtrariam esse, qui mysteria sua credi & honorari uult, non quemadmodum res humanas discuti, & in dubium reuocari.

Heb.11.

a August. de prædest. Sanct. lib.1. c.7. & in Psal. 134. Conc. Trid. sess. decreto de iustificat. c.8.
b Ambo in hunc locum.

Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta.

XIIII. Non hic de charitate Dei erga nos, aut de charitate Christi uel beatorum agitur, ut Vuirtembergici Theologi putant: sed de hominis uiatoris gemina illa (ut loquitur Augustinus) in Deum, & proximum charitate, [a] quæ cum fide non ficta coniuncta sit: nisi forte fidem, in Deo, uel Christo, ac spiritibus beatis, contra Pauli doctrinam, [b] ponendam existiment. Finis uero nomine, id cuius gratia est, uel fit aliquid, atq; πλήρωμα, hoc est, plenitudinem uel consumationem significari, tum ex alijs scripturæ [c] locis, & Patrum interpretatione constat, [d] tum aduersarij confitentur. Nomen deniq; præcepti, per Synecdochen, pro toto ueteri testamento sumendum esse, ijdem aduersarij sponte sua concedunt. Nos tamen Augustinum, Anselmum,

a August. lib.1. de doct. Christ. c.36.
b 1. Corinth.13.
c Matth. 22. Rom.13. Gal.5.
d Aug. vbi supra & tracta.10. in epist. Ioan. Chrys. Anselm. Sedul. Haymo, Bruno in hunc locum.

mum, Brunonem & Haymonem, tanquam duces sequentes, latius adhuc nomen illud patere uolumus: non enim ueteris duntaxat testamenti, sed etiam quatuor Euangeliorum, literarum Apostolicarum, & cuiuscunq; scripturæ atq; doctrinæ diuinitus nobis traditæ, finem in charitate ponendum esse, cum eisdem authoribus credimus & docemus.

Augus. lib. 1. de Doct. Chri. c. 35. & in tract. de laudibus Charit. & in enchirid. c. 121. Reliqui in hunc locum.

XV. His quæ diximus constitutis, multa concluduntur, quæ argumentum hoc, de fide legis non mediocriter illustrent. Primùm enim intelligimus, longè uerissimũ esse, quod Augustinus, Anselmus & Haymo,[a] uim etymonq; nominis πλήρωμα respicientes tradiderunt, charitatem finem esse legis non consumentem, sed consummantẽ: nam ut prætermittamus præcepta ceremoniarum atq; iudiciarias siue forenses leges, ad Israeliticam illã tantum Rempublicam pertinentes, quibus omnibus futurum aliquid significabatur, rebus ipsis exhibitis abolitas & antiquatas fuisse, certè præcepta morum, quæ ad Decalogum [b] reducuntur, cum nec ratione hac nec alia ulla uim & authoritatem suam amiserint, Charitas eorũ finis erit non consumens, sed consummans, non abrogans sed adimplens Huc Apostoli uerba illa referuntur, πλήρωμα siue plenitudo [c] legis est dilectio: Huc & Christi Domini dictum illud spectat: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: ex quibus liquidò patet, Charitatem non solum ueteris testamenti, sed etiam sermonis Christi, hoc est euangelij finem, uel πλήρωμα esse.

a Augu. tract. 10. in epist. Ioan. & in præfat. in Psal. 31. Reliqui in hunc locum, quibus & Ambros. ibidem assentiur.

b August. quæst. 140. in Exodum. Thomas 1a. 2æ. q. 100. a. 3.

c Rom. 13. Ioan. 14.

XVI. Rectè itaq; præter cæteros, Ambrosius, Hieronymus & Augustinus præcepta ueteris legis ad cæremonias pertinentia, cum quibus etiam præcepta iudiciaria numerant, nouo testamento abrogata esse tradunt, Legibus uerò morũ siue Decalogi planissimè docent derogatum nõ esse: quin potiùs Christiano uiro fideliùs & perfectiùs ea, quam à Iudæis seruari debere. Intelligebant enim sanctissimi sapientissimiq; uiri, Decalogi præcepta non quatenus eorum promulgator exstitit Moyses, sed quatenus naturæ leges sunt à Christo Domino explicatæ ac confirmatæ, nulla ratione antiquata uel abrogata fuisse.

Ambros. in hunc locum. Hierony. lib. 1. Dialog. contra Pelag. & epist. ad August. August. lib. 10. contra Faust. c. 2. & lib. 19. c. 18. & contra 2. epistolas Pelag. lib. 3. c 4. Thom. 1a. 2æ. q. 103. a. 3. 4. & q. 104. a. 2. 3. Lyranus in hũc locũ. Mat. 5. 6. 7. 19. 25. & alibi.

XVII. Deinde constat non minus uerum esse, quod Tridentina Synodus docet, diuina scilicet mandata ab ijs qui hic adhuc degunt pro huius uitæ statu, Deo adiuuante, posse seruari: Cum enim Charitas quæ tum τέλος, tum πλήρωμα diuinæ legis à Paulo dicitur, non illa sit tantum, quæ nascitur ex Deo uiso, uel quæ gloriæ lumen consequitur, sed ea etiam quæ fidem, quod ex Apostoli uerbis compertum est, imò & spem (Augustino cum alijs atte-

Sessione 6. c. 11.

Hic & ad Ro. 13.

B stante)

August. lib. 1. de doct. Christ. c. 40. & quidã expositores in hũ. locum. Hie. li. 1. & 2. dial. aduersus Pel. et in c. 5. epist. ad Gal. Basil. in quæst. compendio explicat 176. August. de natura & gratia contra Pelag. c. 43. 69. & de gratia & libero arbitrio, c. 16. Concil. Arausic. c. 25.

stante) sociam habeat, imperitè urgent hæretici: uiatores semper Charitate destitui, aut si ea nonnunquam ornati sint, Dei mandata ipsis esse ἀδύνατα. Meritò igitur ipsorũ dogma, iam antea damnatum, rursum in eadẽ Synodo, uerbis huiusmodi damnatur. [c] *Si quis dixerit, Dei præcepta homini etiã iustificato, et sub gratia cõstituto esse ad obseruãdũ impoßibilia, anathema sit.*

c Synodus Trident. ses. 6. c. 18.

XVIII. *Colligitur etiam ex dictis apertè absurdũ esse, quod docent Vuirtembergici, Charitatem ueteris duntaxat legis, non autem nouæ πλήρωμα esse, quia in re illud eos præterit, quod uetus lex cum ex Charitate seruatur uel impletur (tunc enim eius πλήρωμα Charitas uerè dicitur) eadem sit cum noua. Vnde rectè Augustinus eadem, inquit, Scriptura et idem mandatum cum bonis terrenis inhiantes premit seruos uetus testamentum, cum in bona æterna erigit liberos testamentum nouum uocatur. Hæc ille, quem Anselmus & alij libenter sequuntur.*

August. in expositione epistolæ ad Gal. cap. 6. & ad Simp. li. 1. quæ. 1. Anselmus in illud Matthæi 17. Post dies 6. assumpsit Iesus etc. Thomas 12. 2æ q. 107.

XIX. *Quare præcepta Decalogi ut foris in lapideis tabulis incisa uel in chartis scripta sunt, ut tantum docent et uires non suppeditant, uerè testamentum uetus, et administrationem mortis, cum Apostolo nominare licet: sed eo modo ab euangelica doctrina, quatenus et ipsa extra hominem scripta est, & Spiritu caret, qui uitam præstet, minime differunt: Potest enim & Euangelium ea ratione, ut Ambrosius ait, esse lex mortis, & de illo uerũ esse, quod dicit Apostolus, Litera occidit, Spiritus uerò uiuificat: Si autem eadem præcepta spectemus ut in hominis corde Dei digito inscripta sunt, eiusq; auxilio & Spiritu seruantur á lege fidei, uel lege Christi separari non debent: unde in hanc sententiam rectè docent Augustinus & Gregorius, legem Dei uel legem Christi, aut si mauis, legem spiritus uitæ non esse aliud á Charitate, in cordibus credentium per Spiritum sanctum diffusa, quæ quidem lex, ut ille docet, non forinsecus terret, sed intrinsecus hominem iustificat.*

Rom. 7. 2. Cor. 3. Ambrof. in c. 8. epist. ad Rom. 2. Corinth. 3. Hiere. 31. Heb. 8. August. de spiritu & litera, c. 17. Gregor. lib. 10. Moral. c. 5. et 7. Rom. 8. Rom. 5.

XX. *Possunt & aduersarij, qui Dei præcepta non posse in hac uita seruari fingunt, non obscuris scripturæ uerbis redargui: Lex enim Christi sine dubitatione fuit, mandatum illud nouum ab ipso datum ut nos mutuò diligeremus. Lex Christi á Paulo dicitur, quæ á Christianis alijs aliorum onera mutuò portantibus adimpletur: Hæc uerò lex ab illa non differt, de diligendo proximo in qua quodcunq; aliud legis præceptũ ἀνακεφαλαιοῦσθαι, hoc est instaurari, summatimq; comprehendi idem Apostolus pronuntiat.*

Ioan. 13. Galat. 6. Rom. 13.

Aperiant

Aperiant igitur oculos Vuirtembergici, & uideant uniuersa Decalogi praecepta in Christi lege contineri, & docere desinant impropriè Christi legem nominari. Simul etiam illud aduertant: Si onera mutuò ferendo lex Christi adimpletur, non tantum à Christo legem impletam, nec tantum à beatis impleri, quorum nulla existunt onera quae mutuò portentur: sed etiam ab ijs qui nondum beati sunt, quantum fert huius uitae status, D. Augustino & Ecclesia teste, adiuuante Deo seruari uel adimpleri posse.

Conc. Trident. sess. 5. Can. 21.

Aug. li. 1. Retract. c. 19. Cō. Tri. sess. 6. c. 11. & can. 18.

XXI. *Quia uerò foecundū est mendacium, falsò etiā docent: ideo dixisse Apostolum, Legem non euacuari per fidem, sed statui? quod per fidē legis impletio quā Christus praestitit, nobis eā seruare non ualentib. perindè imputetur, ac si nos ipsi eam impleuissemus. Nos uero Augustinū libenter sequimur, qui locū Apostoli multò secius his uerbis exponit: Lex non impletur nisi libero arbitrio, sed per legem cognitio peccati, per fidē impetratio gratiae contra peccatum, per gratiam sanatio animae à uicio peccati, per animae sanitatē libertas arbitrij, per liberū arbitriū iustitiae dilectio, per iustitiae dilectionē legis operatio: ac per hoc sicut lex non euacuatur, sed statuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam qua lex impleatur, ita & liberum arbitrium non euacuatur per gratiam, sed statuitur. Haec ille, apertè docens: ideò per fidem non euacuari legem, quòd per eam uires à Deo gratiáq; impetretur, qua liberum nostrum arbitrium legem implere ualeat.*

Rom. 3.

Aug. tom. 3. de spiritu et litera, c. 30.

XXII. *Sed libet hos Augustini uerbis commonere, qui Dei mandata uel non posse uel aegrè posse seruari contendunt: Eo, inquit, ipso quo firmissimè creditur, Deum iustum & bonum impoßibilia non potuisse praecipere, admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus. Omnia quippe facilia fiunt Charitati, cui uni Christi sarcina leuis est, aut ea una est sarcina ipsa, quae leuis est: secundum hoc dictum est, & praecepta eius grauia non sunt: & petat quo destituitur, ut impleat quod iubetur. Et paulo post, Quomodo est enim graue Dei mandatum, cū sit dilectionis mandatum. Aut enim quisq; non diligit, & ideo graue est, aut diligit & graue esse non potest. Mandatum (inquit) nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis. Et qui diligit proximum, legem impleuit, et plenitudo legis Charitas. Haec August.*

August. de natura & gratia, contra Pelag. c. 69. & li. de perf. instit. contra Celest. responsio ad 15. object.

Matt. 11.

1. Ioan. 5.
Exod. 30.

Ioan. 13.
Rom. 13.

XXIII. *Asserunt etiam inconsideratè, quòd Christus dixit: Non ueni soluere legem sed adimplere, non idcirco dictum quasi nobis uires ipse suppeditet ad legem implendam: contradicit enim eis Augustinus, tum propria, tum scripturarum authoritate optime instructus: Nesciunt, inquit, isti, quomodo impleat legem qui sic uiuit ut lex praecipit: plenitudo enim legis est*

Matth. 5.

August. contra Faust. lib. 17. c. 6. & lib. 19. c. 7.

Rom. 13.

Rom.5. *Charitas,sicut dicit Apostolus.Istam Charitatem Dominus exhibere & do=*
Ioan.13. *nare dignatus est, mittendo fidelibus Spiritum sanctum, Vnde dicit idem Apostolus, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum,qui datus est nobis.Et ipse Dominus:in hoc scient omnes,quia discipuli*
Ioan.1. *mei estis,si uos inuicem diligatis.Impletur ergo lex,uel cũ fiunt quæ ibi præcepta sunt,uel cum exhibentur quæ ibi prophetata sunt.Lex enim per Moy=*
Matth.5. *sen data est,gratia & ueritas per Iesum Christum facta est.Ipsa lex cum impleta est,gratia & ueritas facta est,gratia pertinet ad Charitatis plenitudinem,ueritas ad Prophetarum adimpletionem,et quia utrumq; per Christum ideo non uenit soluere legem aut Prophetas,sed adimplere, & in alio loco.*
In exposit. quarundam proposit. ex epist. ad Rom. prop.75. *Ipse,inquit,qui legem uenit implere,dilectionem donauit per Spiritum sanctum,ut quod antea timor implere non poterat, Charitas postmodum impleret.Hæc August.*

De corde puro,conscientia bona,& fide non ficta.

Chrys.& Theop. in hunc locum. XXIIII. *Per hoc intelligimus cum Chrysostomo & Theophylacto, finem præcepti esse Charitatem illam,non quæ in uerbis & signis tantũ cernitur (si tamen Charitas dicenda sit) sed quæ tria hæc requirat, quæ hic Apostolus commemorat.Cor autem purum illud esse Augustinus censet,quod*
August.lib.de doct.Christ.c.40. *nihil aliud diligit,quam id quod diligendum est : Conscientiam uero bonam positam esse ait propter spem : quod is se ad id,quod credit & diligit peruenturum esse desperet, cui malæ conscientiæ scrupulus inest : fidem deniq; non fictam,eam dicit quæ mendacio careat & errore.Probatur etiam nobis*
August.ibidem,et c.36. & tract.de laudib.charitatis, *eius sententia,ut omnes diuinarum scripturarum interpretationes ad huiusmodi Charitatem tanquam ad finem referri dirigiq; debeant.*
quem tract.falso Vvirtembergici,cum Erasmo August.esse negant,cum stylo & doctrina Augustinum redoleat, & a Posidonio inter Augustini opera referri videatur, apud Bedam etiam in hunc locum,& in Concilio Moguntiaco Caroli Magni tempore celebrato,ut Augustini germanum opus citetur.

XXV. *Nec obscurum est,aduersariorum sententiam de iustitia nobis non inhærente,deq; peccatis in homine iustificato remanentibus, horum uerborum luce falsam & ineptam deprehendi.Fides enim recta,conscientia bona,puritas cordis & Charitas in piorũ cordibus per spiritum diffusa,dona Dei sunt,non extra hominem existentia:sed quæ hominis mentem intus imbuant & exornent : nec peccatum ullum mortiferum secum esse patiantur.*

XXVI. *Cum uerò concludunt aduersarij: fidem Charitatis formam, animam uel uitam esse, quod hic ultimo loco nominetur,nimis leuiter, ne di=*

cam

eam, pueriliter, á communi maiorum sententia discedu:nt. Quis enim nesciat alibi Apostolū ordine illo seruato, quo perfectiora posterius ponuntur Charitatem ultimo loco constituisse. Nunc, inquit, manet fides, spes, Charitas, tria hæc: maxima autem est Charitas: Hic uerò quòd contrario utatur ordine, hoc est quòd á fine (ut Augustinus ait) incipiat, & ad initium progrediatur, nemini sapienti dubium esse potest. 1. Corinth. 13. Aug. li. 50. Hom. Homel. 17. & in præfat. in Psal. 31.

XXVII. *Nos igitur ex sacris literis,* [a] *et sanctorū uirorum sententia: Christianæ iustitiæ initium, uel fundamentum in fide constituimus: culmen uerò finem* [b] *uel πλήρωμα, in Charitate collocamus. Hanc eandē Charitatem fidei, cæterisq; uirtutibus principium esse, quo salutares uitalesq; actiones edant,* [c] *asserimus. Hoc Dei dono nullum aliud (ut Augustinus ait) excellentius, quod solum* [d] *filios Dei, & filios perditionis æternæ, ab inuicem diuidat: ideoq; formam* [e] *fidei affirmamus uirtutumq; aliarum. Aduersarijs aūt non iniuria insultare quis posset, quod ex ipsorum sententia consequi necessum sit: Charitatē Christi & beatorum omnium, quia fidem adiunctam non habet, informem, exanimem, & plane mortuā esse.*

a 1. Corinth. 3. Hebr. 11. Iuda. 1.
b Matth. 22. Rom. 13. Gal. 5. 1. Timoth. 1. Orig. in cap. 4. epist. ad Rom. August. præfat. in Psal. 31. & tractatu de laudibus Charitatis.
c Ga. 5. 1. Cor. 13. Iacob. 2. August. lib. 15. de Trinita. cap. 17. Hier. in ca. 8. ad Gal. Cyrill. in Ioannem, lib. 9. cap. 43.
d August. ibidem.
e Bern. ser. 2. de Resur. id ex scripturis eleganter probat. Cyril. ibidem. Thom. prima secundæ, q. 67. art. 4. & secunda secundæ, quæst. 4. art. 3. & quæst. 23. art. 8. Concil. Trident. sess. 6. Can 9. 28.

A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legis Doctores.

XXVIII. *Pulchra latet in participio ἀσοχήσαντες metaphora, ab imperitis sagittarijs ducta: ut enim illi sine arte sagittas iacientes, á scopo aberrant alioq; deflectunt, sic improbi Doctores & hæretici, qui sine diuino spiritu, imò finem aliquē inanem respicientes, diuinas exponunt scripturas, aberrant á fide, spe, & Charitate, quæ tanquam scopus uniuersæ legi et scripturæ debent esse proposita. Deflectunt autem iusto Dei iudicio ad ματαιολογίαν siue uaniloquium, quod sine scripturarum neglecto, scripturas iactent, non intelligentes interim quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant.* Sic Chrysost. Theophyl. & alij in hunc locum.

Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur.

XXIX. *Bonam fatetur Apostolus esse legem ueterem, ut calumniatoribus tunc præsentibus & futuris Manichæis maledicum os obstrueret: sed tamen illi bonam pronuntiat, qui ea legitime fuerit usus. Etsi uerò lex peccati*

cognitionem doloremq́; parit, nondum tamen omnino utitur ea legitimè, qui ex ea peccatum cognoſcens, timore afficitur uel dolore (ut Vuirtembergici aiunt) niſi ulterius progrediatur: Si enim ueniam deſperet, nunquam legis finem in Charitate poſitum adipiſcetur.

1. Thimoth. 1. Rom. 10.

XXX. *Itaq́; cum legis finis ſit Charitas, uel Chriſtus in ſalutem omni credenti, manifeſtum eſt, eos legitime uti lege, qui ipſius uſu ad huiuſcemodi finem perueniunt, uel ſi iam peruenerint, ipſum in ſe conſeruant uel confirmant.*

August. de ſpiritu & litera, c. 10. & epiſt. 144. ad Anaſt. & contra Creſcon. lib. 1. cap. 24. & 25.

XXXI. *Cum uerò nō ſolùm iniuſto, ſed etiam iuſto neceſſaria lex ſit, tunc iniuſtus ea legitimè utitur (ut cum Apoſtolo docet Auguſtinus) quando illa tanquam uehiculo, uel Pædagogo ad gratiā peruenit, qua ſola legem implere ualeat. Iuſtus uerò quamuis illa tanquam uehiculo uel Pædagogo non indiget, cum iam ſit iuſtitiam adeptus, tamen etiam ipſe legitimè lege utitur, ſi quando ſentiens (ut idem Auguſtinus loquitur) inolitæ concupiſcentiæ morbum, incentiuo prohibitionis & cumulo præuaricationis augeri, confugiat per fidem, ad iuſtificantem gratiam, & per donum ſpiritus ſuauitate iuſtitiæ delectatus, pœnam literæ minantis euadat.*

XXXII. *Ex his facilè conſtat naturæ leges uel morū à iuſtis ſeruari non tantum poſſe, ſed etiam debere. Quando aūt docent aduerſarij ab huiuſmodi legū non quidē obedientia, ſed maledictione nos liberatos eſſe per Chriſtum, uel ſibi non conſtant, uel cum eccleſia pugnant: Si enim ideo Chriſtus uideatur ipſis, redemiſſe nos à legis maledictione, quod per ipſum peccata nobis condonentur, gratiā nobis et uires præſtentur ad legem ſeruandam, quod cum fit, culpam & pœnam in lege propoſitam euitemus, nobiſcum & cum Patribus* [a] *conſentiunt: ſed hoc eſt quod ipſi pernegant, & quod doctrinæ ſuæ fundamenta conuellit. Si uerò cenſeant iuſtos legibus non teneri (quod ipſorum Magiſter & Choriphæus* [b] *aliquando tradidit) ſed Chriſti beneficio legem impunè uiolare poſſe, falſum eſt omnino & olim & nunc Eccleſiæ cenſura* [c] *meritò notatum atq́; damnatum.*

[a] Amb. Hieron: Chryſ. cū alijs in c. 3. epiſt. ad Gal. Aug. ibidē, & cōtra Fauſt. lib. 14. ca. 4. 5. & contra Feli. lib. 2. cap. 11.
[b] Luthe. in Anacephalcoſi Partiſic. pro. 67. et 68.
[c] Conc. Viennen. ut habetur in Cle. de hæret. cap. Ad noſtrum. Concil. Conſtant. ſeſs. 15. vbi damnantur errores Ioannis Hus. Conc. Trid. ſeſs. 6. Can. 20. & ſeſs. 7. Can. 7. & 8. de Bapt.

XXXIII. *Deinde nec cogitare uidentur, quàm ridiculè ſecū ipſi pugnent, dum docent præcepta Decalogi, nō quo ad obedientiā, ſed quo ad maledictionem per Chriſtū abrogata eſſe: Nā ſi obedire adhuc tenemur (ut concedunt) neceſſum eſt, mulctam quandā uel ſuppliciū conſtitui tranſgredientib. Si aūt tranſgredientes ſupplicij ſunt rei, conſequens eſt, ut nullus ab earū legū maledictione liber ſit niſi eas ſeruando, At hoc & in eiſdē præceptis ante aduentū Chriſti & nūc in Euāgelio cōſtat eſſe uerū.*

Præterea

XXXIIII. Quia uerò Vuirtembergici ad se solos euangelium rapiunt, nosq; sub lege adhuc esse nugamur, Hieronymum audiant secum his uerbis expostulantem: Interrogemus, inquit, eos utrum hi qui sub euangelio Christi sunt, & eius preceptum non faciunt, maledicti sint an non. Si maledictos dixerint, id habebunt in Euangelio, quod nos habemus in lege. Si maledictos negauerint, frustra ergo precepta Euangelij sunt posita, & absq; mercede erunt hi, qui illa compleuerint. Soluitur ita utrumq; hoc modo, quo Christus Iesus ex maledicto nos legis liberauit. factus pro nobis maledictum: ita de maledicto quoq; Euangelij, quod statutū est super eos, qui eius precepta non fecerint, eruit nos, factus pro uobis ipse maledictum, sciens talenti quoq; minimam non dimittere portionē, et nouissimū exigere quadrantē. Hæc Hiero.

Hieronym. in 3. c. epist. ad Galat.

Galat. 3.

Matth. 25. Matth. 5. Luc. 12.

XXXV. Preterea non rectè distinguunt triplicem usum legis, uidelicet Pædagogicum, qui tantum in eo consistat ut homines retineantur, ne se crassis sceleribus polluant: alterum quando per ipsam peccata cognoscunt, & accusant: tertium quando illa tanquam norma uel regula certorum operum utuntur. Nos enim ex Augustino, Chrysostomo, Hieronymo, Ambrosio, uel potiùs ex Apostolo didicimus, Pædagogicum legis usum, non tantum in eo positum esse, ut coerceantur homines, ne grauiora scelera suscipiāt, sed etiam in hoc (quod & nomen indicat Pædagogi) ut ad Christum preparentur, & deducantur. Preparat uerò uel ducit lex ad Christum homines, dum docet, terret, accusat, naturæ infirmitatem ostendit, eaq; ratione peccatorem impellit, ut de se diffidens diuinum imploret auxilium, & ad Christum perueniat gratiæ largitorem.

August. li. de perfect. iust. contra Celest. sub finē, et alibi. Reliqui in c. 3. epist. ad Galat.

XXXVI. Est itaq; Lex & Pædagogus hominem preparans, ducensq; ad Christum, & regula qua dirigendæ sint hominum actiones: ut regula est, eius usus omnibus est necessarius, ut autem Pædagogi fungitur munere, in solis impijs ipsius usus propriè locum habet.

Galat. 3. Psal. 118. Matth. 19.

Scientes hoc quia iusto non est posita lex.

XXXVII. Falsi cū alijs hæreticis fuerunt (ut etiā paulò ante attigimus) sectarij quidā nostra memoria, qui ex hoc loco cōfici putarūt, iustum hominem legibus solutū esse: Docet quidē Apostolus ijs, qui iam per Christum iustitiam adepti essent, non esse ueterē legem necessariam, tanquam Pædagogum, quo ad iustitiam deducendi essent: at interim minimè negat iustos lege tanq̄ regula necessaria, ad quā nostræ actiones exigendæ sunt opus habere. Si uerò generatim hec de quauis lege intelligamus, iustis propterea legē nō esse positam

Gal. 3. Aug. de spiritu et litera, ca. 10. Hier. in ca. 5. epi. ad Gal. Chr. Am. et alij in hūc locū. Thom. 12. 2æ. quæst. 96. art. 6.

Clem. Alexan. 2. Stro. Leo epi. 88. Epiphan. in Catalogo dogmat. Manichæi. Amb. lib. 3. offic. cap. 5. Roma. 8. Roma. 2. Gal. 5. August. in cap. 2. epist. ad Gal.

positam dicemus, quod eis molestiam uel onus non adferat, nec in ipsos, qua ratione iusti sunt, sæuiat: uel etiam quod legislatores non iustorum, sed improborum factis, ut leges ferrent permoti sint. Cum enim iusti non inuiti sed sponte, non timore ut serui, sed amore ut filij legem seruent, cum ipsi sibi sint lex, ostendentes opus legis scriptum in cordibus suis, non habet lex quod in eis cogat uel uindicet: nisi forte aduersus uirtutes esset lex, quod Apostolus negat. Quare sapienter Augustinus iusto, inquit, lex posita non est, id est, imposita, ut supra illum sit. In illa est enim, potiùs quàm sub illa: quia non sua uita uiuit, cui coercendæ lex imponitur. Vt enim, sic dicam, ipsam quodammodo legem uiuit, qui cum dilectione iustitiæ iustè uiuit. Eleganter etiam Bernardus ex scripturis docet, simul utrumq; constare, iusto non esse positam legem, & iustum legi subiectum esse.

Bern. epist. 11. ad Carthu.

Chryso. Home. 2. in hanc epist. Theophyl. hic. Cassianus collat. 21. c. 3. August. li. de S. uirginit. c. 30. & de uerbis Apost. sermo. 18. faciunt hæc cōtra Vuittembergicos supererogationis opera negantes.

XXXVIII. *Addunt etiam Chrysostomus, Theophylactus et Ioannes Caßianus, id quod nouos Euangelicos malè habet, iustum scilicet neq; lege foris docente opus habere, quod ab ea discere quid agendum sit non expectet, sed præoccupet, atq; maiora perficiat, quam ipsa iubeat. Quemadmodum enim, inquit Chrysostomus, literarū apices pueris proponuntur, porrò qui eas docet, non ex ipsis excellit, uerùm aliunde peritiæ gloriam promeretur, atq; ex ea eruditione præstantiùs utitur literis, ita & qui legem transcendit, nihil opus habet doceri lege, & paulò post: Ille enim ea legitime utitur, qui maiora quam ipsa præcepit, perficit, qui ab ea erudiri non patitur, rursum post pauca: Cur iusto lex imposita non est? Quia ille cruciatu superior est, neq; à lege, quæ sint gerenda discere expectat, cum habeat intrinsecus, dictantem Spiritus sancti gratiam. Hæc Chrysostomus.*

Sed iniustis & non subditis, impijs, & peccatoribus.

Chrysost. Homel. 2. in hanc epist. Aug. in illud c. 3. epist. ad Galat. Lex propter transgreßionem posita est. August. in c. 2. epist. ad Galat.

XXXIX. *Hi sunt quibus lex tanquam Pædagogus data fuit, ut minis uel metu perculsi, ut Chrysostomus ait, peccare desisterent: uel, ut Augustinus docet, dum lex tantum præciperet, quæ facienda essent, & contraria prohiberet, nec uires ad se seruandam tribueret, hi humilitati assuescerent, & per humilitatem ad Charitatis gratiam peruenirent, qua legem implere possent. Eleganter uerò idem Augustinus explicat, qua ratione lex iniusto posita dicatur esse: Sub lege, inquit, uiuit in quantum quisq; peccator est: hoc est in quantum à uetere homine non est mutatus, sua enim uita uiuit, & ideò supra illum est, quia qui eam non implet, infra illam est.*

XL. *Hæc si attentius aduersarij considerassent, percontari forsitan destitissent:*

destitissent: Quomodo lex uetus iustitiam antecedat, & quomodo noua iustitiam potiùs consequatur: illa enim, quatenus uetus & timoris est lex, iniustis, ut ad iustitiam ueniant, tanquam Pædagogus data est, quo Pædagogo deinceps opus non sit, ideoq; iustitiam antecedere dicitur, hæc uerò qua ratione noua est, cum primùm ponitur hominem [a] innouat, utpote in hominum cordibus (ut cum Hieremia [b] docet Apostolus) scripta, ipsosq; intus iustos efficiens. Posita uerò (cùm nisi Spiritu charitatis, qui tantùm iustis inest seruari non possit) quid mirum est, si ea ratione iustitiam consequi, uel iustis posita statuatur. Nec contra hæc facit illud Christi, [c] Non ueni uocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam: iusti enim cùm iam ex noua lege uiuant, ut ad pœnitentiam uocentur, non est necesse: peccatores uerò quamprimum à Christo uocantur, non illicò filij sunt, & ad nouum testamentum pertinent, cum possint adhuc spiritu dilectionis destitui. Ad animales homines, inquit Augustinus, [d] pertinet uetus testamentum, ad spiritales nouū. Et alibi, [e] breuissima, inquit, & apertissima differentia duorum testamentorum est, timor & amor: illud ad ueterem, hoc ad nouum hominem pertinet.

Roma. 8.
a August. de Spiritu et litera, c. 18. 20. 22. 26. Idem contra 2. epist. Pelag. li. 3. c. 2. 4.
b Heb. 8. Hier. 31.
c Lucæ 5.
d August. de Baptismo cont. Donatist. lib. 1. c. 15.
e August. contra Adimantū, c. 17.

Et si quid aduersatur sanæ doctrinæ, quæ est secundum Euangelium gloriæ beati Dei.

XLI. *Quamuis duæ illæ dictiones, quæ est, in græcis exemplaribus desiderentur, eandem tamen illis ablatis retineri sententiam, ex Chrysostomo & Theophylacto manifestum est. Quare non incommodè uulgatus interpres & Ambrosius, ut sententia facilior esset, dictionibus his usi sunt. Ex his intelligimus uaria peccata, quæ hic proximè commemorata sunt, & alia plura, quæ lex uetus prohibebat, etiā euangelicæ doctrinæ aduersari: quod uerum non esset, nisi et in Euangelio præcepta essent, bene uiuendi eadem uel similia illis, quæ in ueteri testamento fuerūt tradita, qd' Vuirtēbergici audire nolūt.*

Chrys. & Theoph. in hunc locum. Ambr. in eundem locum, & alij plures.

XLII. *Quare Augustinus [a] præceptum illud: Non concupisces, & similia, non minus in lege fidei, quam in lege ueteri docet locum habere: imò legem ueterem ipsam dicit esse legem [b] Christi, si ex Charitate seruetur: in cuius sententiam Anselmus [c] cum alijs libenter descendit. Si ergo eadem ponatur lex uetus cum noua, quatenus eadem est, abrogari non potuit, ut noui contendunt Euangelistæ, nisi simul et noua lex fuerit abrogata. Nō igitur iniuria ab Ecclesia damnati sunt aduersarij, [d] qui nihil præter fidem in Euangelio præcipi uolunt: qui Euangeliū nudā esse promissionē æternæ uitæ, sine conditione seruandi diuina mandata somniant.*

a Augu. de spiritu & litera, c. 13.
b Au. ad Sim. li. 1. quæst. 1. & in expofit. epistolæ ad Galat. cap. 6.
c Anselm. in illud Matth. 17. post dies sex.
d Cō. Trid. sess. 6. Can. 19. 20. & sess. 7. Can. 7. 8. de Baptismo.

XLIII. *Ne locutus uideretur Apostolus arrogantius, hic oportuna gratiarũ actione omnia bona Deo, uel Christo Iesu (si præpositio, in, superflua sit) fert accepta: qua in re sic orationem suã temperat, ut gratiam Dei commendans, nihil libero adimat arbitrio: Rursum hoc ita constituit, ut illam simul necessariam significet. Qui autem in operibus gratiæ liberum arbitrium omni priuant actione (in quorum numero Vuirtembergici esse uidemur) quod est planè cum Bardesane & Abaylardo illud è medio tollere, cum hac tota uerborum serie, tum maximè uerbis illis ἐνδυναμώσαντί με, redarguuntur. Docet enim Apostolus, se Christi gratia fortem uel potentem esse redditum ad ea facienda, quæ ad salutem æternam, ac munus sibi commissum pertinebant. Hoc falsum esset si liberum arbitrium nihil in illis operibus ageret, sed tanq̃ stipes pateretur. Scitum enim est, quod Augustinus dixit: agentibus nobis per liberum arbitrium Deum adiutorem esse, & nobis nihil operantibus, illum neq; adiutorem neq; cooperatorem dici posse.*

Auguft. de verbis Apost. serm. 13. & de natura & gratia, c. 32.

Chrysost. Homil. 3. in hanc Epist.

XLIIII. *Sentit cum Augustino Chrysostomus hunc Apostoli locum his uerbis edisserens: Vides, inquit, ut omnibus in locis suam semper iustitiam supprimat, totamq; Deo ascribat, ita tamen ut libertatem non tollat arbitrij. Dixisset enim infidelis quispiam, si totum Dei est nihilq; à nobis infertur, sed uelut ligna ac lapides ad uirtutem à uicijs transfert, quid est quod Paulum quidem talem fecit, Iudam uerò longè dissimilem? Huiusmodi igitur obiectis occurrens, uide quam prudenti sermone usus est: Creditum, inquit, mihi Euangelium est, hoc iam ipsius rectè factum ipsiusq; dignitas est, uerum non ipsius totum, nam protinus subdit: (gratias ago ei qui me confortauit Christo Iesu) hoc iam profectò Dei est. Deinde rursum quod suum erat adiecit: (quoniam fidelem me existimauit) prorsus id quia ex semetipso intulerat aliquid: Et paulò post, uides ut etiam quod suum est, & quod itidem Dei cautè proponat, Hæc Chrysostomus. Non igitur sine causa damnati sunt recentes hæretici, qui liberum arbitrium post Adami peccatum, uel simpliciter, uel in gratiæ operibus negandum esse censent.*

Cõc. Trid. sess. 6. Can. 4. 5. 6. Vide Cõc. Arausi. 2. c. 25. & Au. cõtra duas epist. Pelag. lib. 1. cap. 2. et lib. 2. cap. 5.

Sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea.

Arist. 3. Ethic. cap. 1.

XLV. *Etsi uerum est quod dixit Aristoteles, omnes qui peccant ignaros esse, non tamen omnes pariter accusandi sunt uel excusandi: qui enim*

generalia iuris principia tanq̃ equi & muli, quibus non est intellectus, uel ignorant uel peruerse tenent, & qui uoluntatis electione ignorantiam directè suscipiunt, eorum quæ scire debent & possunt, illius similes de quo scriptum est: noluit intelligere ut bene ageret, hi tantùm abest ut liberentur culpa ut grauius etiam delinquere uideantur. His proximi censentur in grauitate peccati, qui ignorantes quidem aliquid agunt, ita tamen affecti sunt, ut ètiam scientes id admisissent? & quando postmodum sciunt quod factum est, nullo dolore afficiuntur, sed lætantur. Omnium uerò minimè illi peccant, attamen peccant, in quorũ animos non malitia, uel ambitione, uel alio simili uicio, sed affectu quopiam apparenter bono, per imprudentiam tñ uel negligentiam, ignorantia irrepit. Ex horũ numero Saulus uidetur fuisse, qui dũ apparenti quodam studio legis ueritatisq; tuendæ Iesum esse Christũ ignorauit, Ecclesiã imprudenter persequutus est. Quare ipsius peccatũ cũ leuius multò fuerit quam Scribarum & Pharisæorum, mirũ non est, si ueniã faliciùs obtinuerit.

Psal. 31.
Psal. 35.
Arist. ibidem.
August. de gratia & lib. arbit. ad Valent. cap. 3. & lib. 3. de lib. arbit. cap. 8. & lib. 1. retract. c. 13. Thom. 1a. 2æ. q. 6. art. 8.
Actor. 9.

Superabundauit aũt gratia Domini nostri Iesu Christi, cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu.

XLVI. Meritò quidem hæc Apostolus: nam cùm ipse sibi uideretur propter præterita peccata extremo supplicio dignus esse, effusam tamen in se Dei gratiam in singulari uocatione, in Apostolica dignitate, in eximijs alijs donis quibus ornatus fuit, expertũ se esse fatetur, atq; cuncta hæc simul sibi cum Christiana fide atq; dilectione tributa fuisse, grato animo testatur. Si aũt præpositio, μετὰ, instrumenti sit nota, ut eam Chrysostomus & Theophylactus accipiunt, tunc per fidẽ et dilectionem, tanq̃ præparationes quasdam, iustitiam & alia bona Paulum fuisse adeptum dicemus. Veruntamen sedulò cauendum est, ne fides & dilectio sic apud ipsos à libero arbitrio intelligantur adferri, ut auxilij Dei necessitas imprudenter interim negetur.

Chrys. Homil. 3 in hanc epist. & Theop. in eandẽ.

Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundũ, peccatores saluos facere.

XLVII. Cùm omnes homines peccato primi parentis effecti peccatores in diaboli mortisq; potestatem uenerint, nec inde ullis naturæ uiribus, aut externæ legis obedientia eripi possint, rectè Apostolus fidelem ac salutarem omnibus doctrinam commendat: Christum, scilicet, in hunc mundum uenisse, ut peccatores saluos faceret. Quare nõ immeritò Iudæi & Pelagiani

Rom. 5.
Concil. Trident. sess. 5. decret. de peccato origin.

Concil. Mileuit. Can. 2. & Aphri. c. 77. Innocent. I. epist. 25. ad Cōc. Cartha. & 26. ad Concil. Mileuit. Concil. Trident. vbi supra, & sess. 6. Can. 1.

damnantur, tum quod originis peccatum negent, tum quod externis legis operibus, aut liberi arbitrij uiribus, absq; Christi gratia, hominem iustum simpliciter fieri existiment.

Math. 7. 19. 25. Luc. 6. Rom. 2. Galat. 5. Iacob. 2. & alibi sæpe. Cōc. Trid. sess. 6. Can. 20. et sess. 7. Ca. 7. 8. de Bapti.

XLVIII. *Vuirtembergicis autem Theologis haud grauatè damus letam hanc annunciationē, his Apostoli uerbis expressam ipsum esse Euangelium dummodo tamen, non omnes peccatores sed credentes tantum & obedientes (quod est in alijs scripturæ locis declaratum) per Christum saluos fieri concedant. Alioqui si Euangeliū nudam esse uelint promissionem æternæ salutis, sine conditione diuinis parendi mandatis, anathemata sunto.*

Chrysost. Homil. 4. in hanc epist. August. de verbis Apost. serm. 8. 9.

XLIX. *Et quamuis Apostolus his uerbis, peccatoribus omnibus spem faciat æternæ salutis, præcipuè tamen eos qui nondum per Baptismum regenerati fuerant (ut ex sui exemplo quod adfert, & patrum expositione constat) ueniæ peccatorum spe, atq; salutis æternæ nititur erigere. Ipsis enim imprimis fidem facere cupit rei cuiusdam, quæ plerisq; uidebatur incredibilis, scilicet per fidem & baptismum Christi, quæcunq; peccata quantumuis multa & grauia essent, condonari ac deleri.*

L. *Offendit autem Vuirtembergicos quod dicimus, Christum saluatorem quidem esse omnium, illis tamen qui post Baptismum peccant, propter maiorem ipsorum ingratitudinem, seueriorem se præbere. Quasi uerò nesciant, hos grauius (si cætera paria statuantur) quā alios delinquere, magisq;*
Math. 12. Luc. 11. *in Deum ingratos esse. Aut fortasse uanum existimant, quod Christus dixit, domum semel scopis mundatam, si rursum ab aduersario occupetur, à se-*
Ioan. 5. *ptem alijs spiritibus, qui nequiores sint, possidendam: nec non illud, quod est interminatus ei, quem apud probaticam piscinam sanauerat: Vade, inquit, noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat: Simili ratione*
2. Pet. 2. *quod inquit Petrus: Melius erat non cognoscere uiam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti, ab eo quod illis traditū est, sancto mandato: Nec dissimile illud Pauli, Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur, quantò magis putatis deteriora*
Heb. 10. *mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et Spiritui gratiæ contumeliā fecerit.*

LI. *Quare nō mirum est, si Christus dominus his se difficiliorem ostendat, & acriori remedio ipsorum saluti subueniendum esse statuerit: pœni-*
a Ioan. 20. Conc. Trident. sess. 14. cap. 1. Can. 1. *tentiæ siquidem sacramentum, quod in ipsorum gratiam [a] ab ipso institutum est, propter laborem & acerbitatem quam secum adfert, laboriosum baptismum,*

mum,[b] uel lachrymosum Patres non sine causa nominarunt. In eo autem sacramento (scriptura docente & Patribus attestantibus) Sacerdotem non ministrum tantum,[c] ut in Baptismo, sed etiam iudicem & medicum constituit, qui peccata non sine iudicio uel remittat, uel retineat. Recentes uerò hæretici, dum hæc tollunt, quæ ex sacris literis, & ecclesiæ traditione comprobantur, & commentitiã illam fidem, quam specialem uocant, substituunt, dum per illã æque scelera quæuis cõdonari docent, dum peccata mortifera sacerdoti, qui iudex & medicus est aperienda esse nolunt, ut scilicet ipse incognita causa iudicet, et morbo quem ignorat medicinam adhibeat, pœnitensq; nullo pudore affici timens liberius peccet, non obscurum est quin peccata foueant, simulq; cum suis sectatoribus ex temeraria illa fiducia, in puncto ad inferna descendant.

b Damasc. lib. 4. c. 10. Greg. Naz. in ser. de luminib. Epiphan. Grego. Nyss. Hom. ad eos qui durius alios iudicant. Concil. Trid. sess. 14. c. 2.

c Ioan. 20. Matth. 16. & 18. Hilarius in c. 16. Matth. Clemens epist. 1. ad Iacob. Cypria. lib. 3. epist. 1. & 16. Orig. Homil. 2. in Psal. 28. Greg. Nazianz. Orat. quadã ad Imper. Chrysost. lib. 3. de dignitate Sacerdot. c. 5. August. lib. 50. Homil. Homil. vltima, & de vera & falsa pœnitent. c. 10. Gregor. Papa hom. 26. in Euangelium. Conc. Cabilon. cap. 33. & 34. Conc. Rhemen. ca. 12. & 16. Concil. Lateran. sub. Innoc. 3. c. 21. Concil. Trident. sess. 14. cap. 2. & 6. & Can. 9. Iob. 21.

Quorum primus ego sum.

LII. Primus delictorum grauitate (Augustini & quorundam sententia) fuit Apostolus, non omnium simpliciter qui peccatores unquam extiterant, sed eorum duntaxat, qui per Christum salui fuerant effecti: uel, quod significare uidetur Ambrosius, fuit peccatorum primus, non magnitudine peccati, sed singulari uocationis & conuersionis prærogatiua. Veruntamen non intelligit Apostolus (priori retenta expositione) se tunc peccatorum primum esse, cum hoc diceret, ut Vuirtembergici imperitè docent, sed anteq̃ Christi discipulus efficeretur. Nec uerbum præsentis temporis, quo usus est Apostolus cum ipsis facit, ut ex dialecticæ præceptionib. discere potuissent.

August. de verbis Apost. serm. 9. quem Sedulius, Haymo & D. Tho. sequuntur. Ambros. in hunc locum.

Sed ideo misericordiam consequutus sum, ut in me primo etc.

LIII. Etsi propter seipsum omnia Deus agit, utpote omnium effector, finisq; ultimus, tamen propter alios etiam fines, qui ad ipsum referantur multa solet efficere. Saulo igitur misericordiam dedit ut μακροθυμίαν, hoc est longanimitatem in delinquentibus diu tolerandis, & quousq; resipiscant expectandis declararet: simulq; exemplar ad uiuum expressum (hoc enim significat ὑποτύπωσις, quo nomine hic utitur Apostolus) seruati cuiusdam insignis peccatoris, omnibus alijs proponeret, qui peccatis uarijs obstricti

Prouerb. 16.

Chrysost. Homil. 4. in hanc epist.

Vide August. de verbis Apostoli, serm. 9. & 10.

fuissent, ne de ipsius diffiderent misericordia, uel potentia, si modò in Christum crederent, eiusq; præceptis obtemperarent.

Regi autem seculorum immortali, inuisibili soli Deo, honor & gloria.

August. in Psal. 109. & lib. 2. de Trinit. ca. 17. 18. & contra Maximinum Arrian. lib. 3. c. 9. Chrys. Homil. 4. in hanc epist. Theophyla. & alij in eandem.

LIIII. *Magna quæ hactenus commemorauerat beneficia grato, ut decet animo, forti bonorum omnium Deo fert accepta. Tutius est autem hanc gratiarum actionem, cum Augustino, Chrysostomo, & plerisq; alijs, de sanctißima potius Trinitate, siue Deo, quàm de persona tantùm Patris intelligere. Huc accedit quod Chrysostomus cum Theophylacto legit, μόνῳ σοφῷ θεῷ, hoc est, soli sapienti Deo, quæ lectio personæ tantùm patris minus uidetur conuenire posse. Est igitur sanctißima Trinitas, siue Deus, solus rex cuius regnum sempiternum, ipsiq; omnino subiectum: solus immortalis, qui per se atq; á se immortalitatem habet: solus inuisibilis, qui corporeis oculis nullo modo uideri potest, sed neq; mentis nisi ipsius dono & lumine illustrentur. Hic est Deus, cui singularis cultus & maximus honor, propter summam eius in res omnes creatas potestatem & authoritatem tribuendus est: cui deniq; propter inexplicabilem infinitamq; bonitatem sempiterna gloria debetur.*

Hoc præceptum tibi commendo fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias.

a 1. Timoth. 3.
b Chrysost. Homil. 5. in hãc epist. Theophylact. Oecum. & alij in hunc locum.

LV. *Præceptum de cohercendis alienæ doctrinæ magistris, de fine legis, hoc est Charitate in omnibus spectanda, de causa Christi aduentus cunctis commendanda, tanq̃ thesaurum Timotheo, ueluti pater filio committit. Per prophetias autem, uaria potest intelligi sacrarum literarum cognitio, quibus Timotheus ab ineunte ætate* [a] *operam dederat: uel (ut plerisq;* [b] *placet) diuina oracula, uel instinctus de Timotheo, quibus admonitus Apostolus ipsum in discipulum acceperat, sociũ sibi adiunxerat, Præsbyterum & Episcopum creauerat. Est itaq; sensus: In præcepto hoc seruando studeas ita te gerere, ut opinioni de te, propter doctrinam sacrarũ literarum, qua instructus es, conceptæ respondeas: uel talem te præsta, qualem fore significabant oracula, uel instinctus diuini, quibus impulsi te & elegimus & promouimus. Admonentur aũt qui ius habent eligendi, ut sacra Ecclesiæ munera uel dignitates nemini deferant, nisi accuratè prius quantum in ipsis fuerit explorent, num is ipse de cuius electione agitur, diuini spiritus impulsu eligatur, et tanq̃ Aaron ad eum honorem á Deo uocetur.*

Hebr. 5.

Vt milites

Vt milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam.

LVI. Militandum est homini Christiano sub Christi & Ecclesiæ Catholicæ signis, pugnandum cum mundo, cum Principibus tenebrarum, & cum prauis carnis nostræ cupiditatibus, pugnandum, inquam, non tantùm scuto fidei, iuxta nouum Euangelium, sed etiam lorica iustitiæ, atq; cæteris armis conscientiæ bonæ, quibus illum Apostolus ad certamen instruit. Non enim Baptismi sacramentum ideo suscepit, aut Charitatis munere gratis donatus est, ut deinceps ocietur, sed ut repreßis hostibus, Dei præcepta ipsiusmet auxilio exequatur, ut bonum certamen certando, coronam iustitiæ promissam à iusto iudice, secundum Apostoli sententiam obtineat. 1. Ioan. 2. Ephes.6. Rom.6. 13. 2.Timoth.4.

LVII. Graues autem & uarios in hoc loco Vuirtembergicorum errores attingere (alias enim satis superq; confutati sunt) potiùs quam refellere libet: primus error sit, ueram fidem nunquam sine Charitatis operibus consistere: Secundus, solam fidem iustificare non alia ratione, quàm quia sola sit idoneum instrumentum apprehendendi & applicandi Christum cum suis meritis. Tertius, ad iustificationem hominis coram Deo solam sufficere fidem, solam uerò intelligunt, quæ tum operum iustitiam antecedentium dispositiones, tum consequentium neceßitatem & merita penitus excludat: Quartus, particulam, sola, quæ in scripturis non legitur, non à se confictam fuisse, sed ex æquipollentibus Pauli phrasibus arreptam & expressam: Quintus, ueteres Patres in eodem quo ipsi sensu particula illa, sola, usos fuisse. His erroribus contradicentes Theses (ne longius ab Apostoli textu digrediamur) ueras esse pronunciamus.

LVIII. Adiungunt etiam figmentum non inuenustum: alteram, inquiunt, manum esse fidem qua cum Deo sit agendum, alteram Charitatem qua cum proximo uersari oporteat: colligunt ex his fidem, quamuis sola iustificet, tamen ad totam uitam hominis Christiani, dum hic in terris cum hominibus alijs uersatur, nequaquam sufficere. Igitur, horum sententia, Charitas qua Deum amare præcipimur, neutra manus erit, & inanis existimabitur. Ad hæc in patria utraq; manu priuabimur, cum nec ibi fides, Apostolo teste, superfutura sit, nec ipsis assentientibus, Charitas illa relinquatur, quam alteram manum esse uolunt, ad conuictum humanum, dum hic in terris agimus necessariam. 1. Corinth. 13.

LIX, Deinde

LIX. *Deinde uel secum ipsi non constant, uel charitatis officia proxi-
mis præstanda, quæ in altera* Decalogi *tabula præcepta fuerunt non neces-*
Exod. 20. Leuit. 19. *saria ad iustitiam & salutem æternam fateri coguntur. Si enim* Charitas *sic
ad conuictum hominum requiratur, ut etiam ad iustitiam & salutem neces-
saria sit, ruit illico quod tantopere contendunt, solam fidem homini ad iusti-
tiam uel salutem sufficere. Si uerò* Charitatem *non ad iustitiam salutemq́;
æternam, sed tantùm ad societatem hominum conseruandam necessariam esse
statuant, doceant apertè mandata* Dei, *quæ ad proximũ pertinent, ideò tan-*
Matth. 19. 25. *tum seruanda esse, ut hominum in terris societas uel conuictus conseruetur,
non ut æternam miseriam effugiamus, aut perenni potiamur fœlicitate.*

Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander.

LX. *Est igitur bonæ conscientiæ contemptio gradus quidam inter iu-
stitiam & infidelitatem medius: qui enim bonam repellunt conscientiam, pi-*
1. Timoth. 1. 2. Timoth. 4. *as actiones contemnendo, uel admittendo prauas, non solum iustitia priuan-
tur, sed etiam sæpe fidei faciunt naufragium.* Horum è numero Hymenæus et
Alexander *fuerunt: ille enim resurrectionem iam factam dixit, hic* Aposto-
*lum persecutus est: quorum similes ætas nostra multos uidit, qui cum ambi-
tioni uel uoluptati, uel uiciosis alijs cupiditatibus seruientes bonam consci-
entiam amisissent, ut rectè fecisse uiderentur,* Catholicam *ueritatem oppu-
gnarunt, ac in hæresim uel infidelitatem delapsi sunt.*

LXI. *Vt non malè aduersarij doceant fidem operum feracem, ubiq;
ab* Apostolo *commendari, malè tamen cum ipsorum placitis cohæret: Nam, ut*
Rom. 3. *ex multis unum adferamus locum, cùm ait* Apostolus: *Arbitramur hominem
iustificari per fidem absq; operibus legis, si fidem accipiant feracem siue per
dilectionem operantem, in iustificatione opus aliquod admittent, simulq́; il-*
Galat. 5. *lud euertent, quod alibi magnis uocibus inculcant, solam, solam fidem ad ho-
minis iustificationem coram* Deo *satis esse.*

LXII. *Nec eos tuetur insulsum illud figmentum: fidem nunquam so-*
a Luc. 13. Augu. lib. 50. Homil. Homil. vltim. & habetur de pœnit. d. 4. c. Omnis. Cõ. Tr. ses. 14. c. 1 *lam esse ueruntamẽ solam iustificare, nam (ut omittamus)* [a] *pœnitentiam et*
[b] *sacramentum in iustificatione impij necessariò requiri, illiq; uim aliquam*
[c] *præparandi, huic etiam quoquo modo efficiendi inesse, perspicuum* [d] *est in*
uerbis

b Ioan. 3. & 20. August. epist. 28. & de verbis Apostoli, sermo. 14. & lib. 50. Homil. Hom. vltima & penultima. Conc. Trident. sess. 7. Can. 4. & ibidem de Baptismo, Can. 3. & sessione 14. c. 1. & 2. c August. ibidem. Concil. Trident. sess. 6. cap. 5. et 6. d August. in Psal. 73. Conc. Florent. in decret. vnionis. Conc. Trident. sess. 7. Can. 6. 7. 8.

uerbis illis Apostoli, fidem non quatenus comitibus stipatur aut destituitur, sed quatenus iustificat sumptam esse: quare si sola iustificet sine alijs, quamuis sola sine illis non sit, consequens erit necessariò, ut sola sine alijs (quod ipsi negant) laude digna sit & ab Apostolo laudetur.

LXIII. *Liquet ex dictis nec illud uerum esse, quod aduersarij putant: fidem naui mercibus onustæ tantùm comparandam esse: Nam fides ut iustificat, opera (ipsorum sententia) non admittit, sed sola id facit, igitur si propriè loqui sibiq; constare uelint, fidem suam iustificantē nauim esse mercibus uacuam concedant necesse est. Ex uerbis etiam Apostoli, ut interim de Augustino taceam, facilè discerent, si dociles essent, fidem eandem nonnunquam naui onustæ, nonnunquam uacuæ comparari: quorum enim fides conscientiam bonam adiunctam habet, eorum nauis mercibus est onusta: Illos uerò de quibus hic Apostolus loquitur, qui repulsa bona conscientia naufragium circa fidem fecerant, manifestum est prius bonam conscientiam repulisse, deinde fecisse naufragium, ideoq; medio illo tempore fidem ipsorum nauim inanem extitisse. Vnde sapienter Augustinus eandem esse fidem in impio & pio his uerbis edocuit: Habet impius confeßionem fidei in timore pœnæ, non in amore coronæ: adde huic fidei dilectionem, ut fiat fides qualē dicit Apostolus Paulus, fides quæ per dilectionem operatur. Et alibi, nō semel in schismaticis & in prauis Catholicis, qui sine dubio Charitate carent, eandem fidem quæ in pijs Catholicis, sicut & eundem Baptismum esse fatetur.*

August. de substantia dilectionis, c. 7.

August. tract. 10. in Ioan.

Gal. 5.

In quæst. ex Mat. c. 11. & contra Crescon. lib. 1. cap. 28. 29.

LXIIII. *Nec dum ineptiendi finem aduersarij faciunt: fidem historicam & fidem miraculorum in peccatoribus admittunt: sed eam diuersam à fide iustificante faciunt, & ab ea quæ in epistola ad Hebræos ab Apostolo describitur. Quasi uerò obscurum sit in eo loco, non fidem specialem & nouitiam definiri, sed fidem generatim uel uniuersim acceptam, quæ sub se fides illas omnes complectatur, (si tamen illis ueræ fidei nomen conueniat) quas ipsi diuersas ponunt. Nec opus est Augustinum, Basilium, Chrysostomum, Theophylactum, Bernardum, aliosq; graues testes producere, qui nostram confirment sententiam, sed tantum Apostoli uerba legantur, ex quibus statim liquebit fidem describi, quæ rerum est æternarum & in tempore existentium, rerum futurarum & præteritarum: fidem non solùm quam habere debet accedens ad Deum, sed etiam ex qua iustus (ut ait Abacuc) uitam suam instituat: fidem deniq; qua quidam mortuos ad uitam reuocarunt, & alij plura miracula fecerunt.*

Hebr. 11.

August. Hom. 32. et lib. 2. de peccat. merit. & remiss. ca. 31. Basil. concion. in Psalmum 115. Bernard. epist. 192. reliqui in cap. 11. epist. ad Hebr.

D Quos

Quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare.

1. Corinth. 5. Orig. Homi. 1. super lib. Iudicum. Chrysost. Homil. 5. in hanc epist. Ambros. Ansel. Theophylact. & alij in eandem. August. in 4. cap. epist. ad Galat. & contra liter. Petil. lib. 2. cap. 79. & contra Faust. lib. 22. cap. 27.

LXV. *Satanæ tradi nihil aliud hoc loco esse, quam à societate communioneq́; fidelium præscindi, siue tanq̃ anathema haberi, uel excommunicari Patres disertè docent: quibus enim olim ab Apostolis communione fidelium interdicebatur, ij Satanæ traditi palàm ab illo tanquam lictore Apostolis subiecto torquebantur, ut intelligerent omnes quod tunc in corpore apertè cernebatur, hoc idem postea secundum analogiam, in eorum spiritu fieri, qui excommunicationis sententia damnati essent.*

1. Corinth. 5. Tit. 3. 2. Ioan. 1. Galat. 1. Rom. 15. 2. Thessal. 3. Matth. 18.

LXVI. *Causa uerò qua meritò quis hac censura notari possit, non hæresis tantùm aut blasphemia est, ut in istis Hymenæo et Alexandro, sed & incestus ut in Corinthio, & quoduis aliud mortiferum peccatum, ut ex pluribus scripturæ locis constat, cui tamen contumacia sit adiuncta. Finis uerò tum peccantis resipiscentia, tum maximè communis ecclesiæ utilitas. Dum enim huiusmodi censura quis præscinditur ab ecclesiæ communione, cæteri timore in officio continentur, & illius consuetudine qui præcisus est deteriores non fiunt, simulq́; ijs qui foris sunt occasio adimitur Dei Christiq́; nomen blasphemandi.*

Deut. 17.

Hieron. ad Heliodor. cuius initium est: Quanto amore. August. in quæst. super Deut. cap. 39. & de fide & operib. cap. 2. Antherus epist. ad Episcop. prouinciæ Bethicæ. Cyprian lib. 1. epist. 11.

LXVII. *Quantæ uerò sit huius censuræ grauitas, & quantum detrimenti patiantur qui ea notati fuerint, Apostoli factum inprimis declarat, nec non suppliciũ quod huiusmodi homines ferre cogebantur. Idem ex eo colligi potest, quod in ueteri Testamento gestum fuit, ubi censura hæc adumbrata uel significata fuit: nolentes enim imperio Sacerdotis obtemperare mortis supplicio afficiebantur, at quod tunc agebat interfectio (ut Hieronymus & Augustinus post Antherum & Cyprianum martyres testantur) hoc tempore noui Testamenti, excommunicationem agere manifestum est.*

Sic Lutherus in serm. quodam de excommunicat. vide etiam apud Roffens. art. 13. 23. 24.

LXVIII. *Ab his longè recedant aduersarij qui cum falsò duplicem tantùm distinxerint fidelium communionem, alteram internam & spiritalem in fidei, spei, Charitatisq́; coniunctione consistentem, alteram externam & corpoream in externorum signorum duntaxat communicatione positam, perperam excommunicationem definierunt, priuationem externæ tantùm communionis fidelium. Si enim quæ in scripturis diuinis & Patrum*

uoluminibus

uoluminibus de hoc extant argumento diligentiùs expendissent quandam aliam fidelium communionem, inter utramq; mediam inuenissent, qua peccantes per excommunicationis sententiam uerè priuentur.

LXIX. Christianus enim mortifero quidem obstrictus peccato, nondum tamen excommunicatus, cum illius communionis sit expers quæ in Charitate consistit, & iustorum tantùm est própria, nec etiam solius externæ uel corporeæ sit particeps, qua etiam ethnici & fideles sociari mutuò possunt, quòd nondum tanq̃ ethnicus & publicanus habendus sit, fateri necessum est peculiarem aliam, & ab utraq; distinctam, illi cum alijs ecclesiæ membris adhuc esse communionem, à qua per excõmunicationis censurã excludatur. Matth. 18.

LXX. Quamuis enim peccator Charitatis uinculo cum uiuis ecclesiæ membris iunctus non sit, retinet tamen quamdiu non præscinditur quoquomodo compagem, ordinem, & unitatem corporis ecclesiæ, quo fit ut cæterorum membrorum communione ac societate non parùm protegatur, nec non totiùs corporis quod est ecclesia prærogatiuis & generalibus suffragijs iuuari, defendiq; ualeat. Cum uerò excommunicationis censura damnatur, his omnibus destituitur præsidijs, & in eum sæuiendi potestas maior satanæ permittitur, quæ antea propter totius corporis uirtutem & communionem (in quo peccator tanq̃ pars, licet malè affecta adhuc inerat) certis limitibus definita, circumscriptaq; fuit. Quis enim nesciat, Corinthium illum incestum, Hymenæum et Alexandrum propter blasphemiam, anteq̃ Satanæ traderentur, iam in ipsius potestatem uenisse, nec tamen ideò mentitum Apostolum fuisse, cum eos à se tradi Satanæ pronunciauit? 1. Corinth. 5. 1. Timoth. 1.

LXXI. Quod autem expetenda non sit excommunicatio (ut hæresiarcha quidam docuit) sed maximè formidanda, uel hinc intelligere possumus, quod is, in quem ea sententia iure fertur, à corpore Christi mystico penitus separatur extra quod saluus esse nemo ualet. Vnde Chrysostomus quid sit Satanæ tradi uerbis docet huiusmodi: eijciebatur (nempe Corinthius ille incestuosus quem Apostolus Satanæ tradebat) à communi fidelium cœtu, abscindebatur à grege, fiebat nudus atq; destitutus, atq; ita lupis patebat, & prodebatur incursibus: sicut enim olim nubes Hebræorum castra tegebat, ita & Ecclesiam protegebat Spiritus sancti gratia. In eandem sententiam Augustinus: Omnis, inquit, Christianus, qui excommunicatur Satanæ traditur, scilicet quia extra Ecclesiam est Diabolus, sicut in Ecclesia Christus, ac per hoc quasi Diabolo traditur, qui ab Lutherus apud Roffe. vbi supra. Chrys. Homil. 5. in hanc epist. Augu. in epist. ad Honoratiũ. Vide etiam 11. q. 3. c. Ois Christianus,

a Leo epist. 87. ad Episco. per Viennen. Prouin. *Ecclesiæ communione remouetur. Consentit & Leo* [a] *Pontifex huius nominis primus, qui eius animam, qui à gratia communionis exclusus est, affirmat irrogatione tam sæui supplicij sauciatam, & inermem, exutamq; omni munimine diabolicis incursibus, ut facilè capiatur, obiectam esse. Assentiuntur & Vrbanus,* [b] *Antherus, & Cyprianus sanctißimi Pontifices & Martyres, excommunicationem spiritus necem esse asserentes. Vnde Augustinus:* [c] *illud, inquit, quod Christus ait, Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus, grauius est quam si gladio quis feriretur, si flammis absumeretur, si feris subigeretur.*

b Vrbanus epist. de communi vita & oblat. fidel. Antherus & Cyprian. vbi supra. c Aug. li. 1. contra aduer. leg. & Pro. c. 17. Matt. 18.

LXXII. *Absurdius uerò illud est, quod urgent aduersarij, potestatem excommunicandi toti Ecclesiæ, hoc est Christiano cuilibet traditam esse, scilicet scabiosam ouem à caulis pastor tantùm segregat: membrum uiciatum ne reliquis noceat medici iudicio amputatur, perniciosus reipublicæ ciuis magistratus tantùm sententia in exilium pellitur, & in Christi ecclesia (quæ tanquam castrorum acies ordinata est) peccantem quemuis, quiuis de plebe à Christi corpore separabit.*

Cant. 6.

LXXIII. *Nos uerò nihil tale ex sacris literis didicimus: quin potiùs in ueteri testamento legimus, ubi censuræ huius umbra præcesit, nolentes Sacerdotis imperio parere, non cuiusuis sed tantùm sententia iudicis extremo supplicio affici debuisse. In noui uerò testamenti literis, hac tradendi Satanæ, uel anathemate quenquam damnandi potestate, præter Apostolos nullus qui ea fuerit usus manifestè reperitur. Nec infirmāt aduersarij sententiam nostram, cū apud Matthæum potestatem ligandi atq; soluendi, fidelibus quibuslibet factam esse contendunt. Duplicem enim ibi personam Christi discipuli sustinuerunt, alteram cuilibet fideli communem, alteram propriam Ecclesiæ Sacerdotum uel Pastorum: ipsis ut fidelibus tributa potestas est, in se peccantes priuatim corripiendi, ad Ecclesiam deferendi, atq; illos postquam ab Ecclesia, hoc est, ab Ecclesiæ pastoribus propter pertinaciam communione priuati fuissent, tanquam ethnicos uel publicanos deuitandi: Potestatem uerò illam ligandi atq; soluendi clauis nomine significatam, non omnibus Christianis, sed ipsis quatenus Sacerdotes uel pastores futuri erant datam uel promissam ibi fuisse, sanctißimi Patres docuerunt, & Ecclesia Catholica declarauit.*

Deut. 17.

Matth. 18.

Hilari. Can. 18. in Matt. Hieron. Euthymius in cap. 18. Matth. Chrys. Hom. 61. in Mat. & li. 3. de Sacerdotio, ca. 5. Synod. Trident. sess. 14. Can. 10.

LXXIIII. *Quapropter multo tutius fuerit* [a] *Vrbani, Cypriani, Origenis, Chrysostomi, Augustini, Gregorij sequi sententiam, qui hanc ex-* communicandi

a Vrban. epist. de communi vita & oblat. & citatur

communicandi potestatem penes pastores esse tradiderunt, quam nollis Euangelistis temerè quicquid occurrerit effutientibus, fidem ullam habere. Illis itaq; Theologis libenter assentimur,[b] *qui Episcoporum et superiorum Ecclesiæ Præsulum potestatem hanc propriam faciunt, aliorum uerò tantùm extraordinariam, uel ab illis acceptam esse docent.*

11.q.3. Qubus Episcopi non. Cyprianus lib.3. epist.9. ad Rogatianum. Origen. Homil.2. super librum Iudicum. Chrysost. Homil. quadam de anathemate. August. de corrept. & gratia, c.15 & li.50. Hom. Hom. vltima, cap.10. 11. Gregorius Homil. 26. in Euange. & citatur 11. quæst.3. Sententia. [b] D. Thom. in 4. d.18. & quidam alij ibidem, vide Concil. Trident. sess.25. decreto de refor. generali, cap.3.

LXXV. *Iam uerò quam sedulò excommunicatos deuitare debeamus, ex huius censuræ fine facilè cognoscimus, qui in eo maximè positus est, ut excommunicatus pudore affectus resipiscat, & ne cæteri eius contagione inficiantur, uel consuetudine deprauentur: quem finem illi non assequuntur, qui ab excommunicati familiaritate sibi non cauent, simulq; (quantum in ipsis est) sententiam hanc in contemptum adducunt. Huc pertinet quod Apostolus Thessalonicensibus his uerbis præcipit. Si quis non obedit uerbo nostro per epistolam hunc notate, & ne commisceamini cum illo, ut confundatur.* 2. Thessal.3. *Et illud quod Corinthijs, Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit, Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio. Et rursum: Si is qui frater nominatur est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere.* 1. Corinth. 5.

LXXVI. *Cum autem alios excommunicatos deuitandos esse sacræ literæ moneant, tum ab eorum familiaritate, uel consuetudine, qui propter prauam doctrinam aut hæresim excommunicati fuerint, cauendum esse grauißime præcipiunt. Hinc grauißimi Canones illi: Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit.* Gal. 1. *Hæreticum hominem post unam aut alteram correptionem deuita.* Tit.3. *Si quis uenit ad uos & hanc doctrinam non adfert, nolite eũ recipere in domum, nec aue ei dixeritis.* 2. Ioan. 1. Can. Apost. 10. *Extat et Canon ille Apostolicus his diuinæ scripturæ locis maximè consentaneus: Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, iste communione priuator: qui Canon ex illis est, qui Apostolorum γνήσιοι censentur, & à Calixto Pontifice & Martyre his quæ sequuntur uerbis confirmatur: Nullus cum excommunicatis in oratione, aut in cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec aue eis dicat, quia quicunq; in his, uel alijs prohibitis, scienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apostolorum institutionem, & ipse simili excommunicationi subiacebit.*

Calixt. epist. 2. ad oẽs Episc. Galliæ, & citatur 11. q.3. Excõmunicatos quoq;. vide etiam Conc. Cartha. 4. c.73. & Braccaren. 1. c.33.

D 3 Cautum

Vide 11.q.3. vbi multa in hác sent. adieruntur.

LXXVII. *Cautum deinceps frequenter à Patribus fuit simili pœna propositu, ut ab excommunicatorum familiaritate uel commercio diligenter omnes declinarent: sed cùm successu temporis, propter uarietatem ac incertitudinem eorum, quibus communione fidelium interdicebatur, multi piorum hominum mentibus inijcerentur scrupuli, uisum postremò Martino 5. & Patribus fuit, in Synodo Basileensi, antequam divideretur, et ijs qui Lateranensi Concilio sub Leone decimo interfuerunt, ut nullus quenquam propter censuram ecclesiasticam deuitare teneatur, nisi huiusmodi censura specialiter & expresse (ut uerbis utamur ipsorum Patrum) in illum à iudice publicata & denuntiata fuerit, aut nisi adeò notorie constiterit aliquem in excommunicationis sententiam incidisse, quòd nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris excusari suffragio.*

Concil. Basileen. sess. 20.

Concil. Lateran. sess. 11.

LAVS DEO.

PRÆSIDE R. P. HIERONYMO Torrensi Docto. Theologo, & Professore ordinario, defendet D. Ioachimus Typotius Brabantus artium Magister, & SS. Theologiæ Baccalaureus.

Disputabuntur, Christo propitio, die 11. Martij, Anno 1568. in Auditorio Theologico.

CAPITA
Quædam ex ijs breuiter
excerpta, & in thesium formam redacta,
quæ hoc Anno 67. de Sacramento Matrimonij in Academia Ingolstad. fusius fuerunt explicata.

Math. 19. Genes. 2. Ephes. 5.
Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.



Ingolstadij ex Officina Vueissenborniana. Anno 1567.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC Domino, D. Friderico à Vuirsperg, Orientalis Franciæ Duci, nec non Ecclesiæ Herbipolensis Antistiti, Domino ac Mecœnati suo longè clementißimo.

PRiorem Disputationem, amplißime Præsul, nulli inscriptam proposui: hanc uerò Illustrißimæ C.T. inscribere lubuit, non quod tanti uiri patrocinio dignam eam censeam, sed quò aliquam tandem aliquando grati simul & studiosi animi prodam significationem. Noui enim quàm multis nominibus C.T. debeam, quámq; exiguum illud sit, quòd hactenus pro tanto contracto debito exoluam: non quòd animi desit promptitudo, sed quod facultas, quæ uoluntatis promptitudini ex æquo respondeat, non perindè adsit. Spero tamen, Christo annuente, et T. quoq; C. alumni sui causam benignè, ut hactenus fecit, promouente, maiora me in posterum conaturum. Quod autem ad Disputationis argumentum attinet, est illud quidem peruulgatum, nescio tamen an multò maiori fide ab aliis quibusdam explicatum sit. Licuisset quidem singula ferè autoritate aliqua communire, uerum maluimus fontes ipsos obiter indicare, quàm istiusmodi corpori thesium infarciendo, lectori tædium aliquod ingerere. Vt ut sit, confido Reuerendißimam D.T. consilium meum non modò non improbaturam, sed, quæ sua erga omnes facilitas est, æqui etiam boniq; consulturam: quod ut faciat, etiam atq; etiam rogo. Immortalis ille Pontifex Christus Iesus, Reuerendißimam & Illustrißimam C.T. in multos annos Ecclesiæ suæ seruet incolumem. Ingolstadij Idibus Nouembris, Anni Millesimi Quingentesimi Sexagesimi septimi.

Illustrißimæ C. T.

addictißimus,

M. Georgius Schuueickhardt Dilinganus.

PARS THESIUM PRIMA.

DE SPONSALIBUS.



I.

Vamuis Sponsalia per *se Matrimonium nō efficiant, neq; de Matrimonij ratione existant, decenter tamen, ueluti honestū quoddā futuri actus procemium, (unde etiam initiatum coniugium appellari solent) nuptijs solenniter initiandis præmittuntur.* c. Nostrates 30. q.5. c. Institutum est. 27. q.2. c. Cū initiatur. c. Quapropter. eadem.

II. *Contrahuntur autem non solùm per uerba uel signa inter præsentes, uerumetiam per literas, uel internuncios inter absentes: idq; nonnunq̄ simpliciter & absolutè, interdum interposita conditione.* Gen. 24. c. Procurator. De procur.

III. *Qui de Matrimonio contrahendo simpliciter & absolutè pacti sunt, ij commoneri & modis omnibus induci debent, ut præstitam fidem seruent. Qui uerò interposita conditione nuptias sibi mutuò compromiserunt, illis quidem ante conditionis euentum, consilia sua retractare licet, postea uerò non item.* c. Præterea. De spons. c. Ex sponsalib. De spons.

IIII. *Aetas repromittendis nuptijs idonea post primum plus minus septennium decurrit. Quod si qui fortè Sponsalia ante illud annorum spacium inierint, nullam illa neq; illo temporis momento, neq; postea grandioris ætatis accessione, publicæ honestatis iustitiam pariunt: nisi forsan ex mutua cohabitatione colligi queat, sponsos septimum ætatis suæ annum egressos, in eadem adhuc uoluntate perseuerasse.* c. Si infantes. De despons. impu. c. Literas. c. Accessit. eodem. c. Sponsalia. 30. q.2.

V. *Pari ratione nullam uim obtinent Sponsalia illa, quæ parentes uel tutores, pro filijs uel pupillis, puberibus uel impuberibus, citra eorum consensum nonnunq̄ conciliant.* c. Si infantes. Porro de despons. impu.

VI. *Qui septennio maiores sibi mutuò fidem dederunt, siue alter tan-* c. De illis.

 tùm,

c.A nobis. De desponſ.impu. *tùm,ſiue uterq; ſimul reclamet, anteq̃ ad pubertatis annos peruenerint ambo,nullatenus ſunt audiendi.*

VII. *At poterunt tamen Eccleſiæ iudicio ſeparari,ſi alteruter eorum, cùm Sponſalia cõtrahebantur,ad annos nuptijs iam tum aptos peruenerat, altero interim infra eoſdem annos adhuc conſtituto poſtea reclamante, & conſenſum ſuum denegante. Neq; in ſexu maſculo tantùm id locum habet,ſed etiam in fœmineo.*

c.De illis. c. A nobis.ibidem. Si mulier. eodem.

VIII. *Si pubes et impubes,uel ambo impuberes,pubertati tamen non omnino propinqui (utpote in quibus ætatis imbecillitatem,animi uires non compenſabant) per uerba præſentem actum exprimentia Matrimonium ineunt,iuris interpretatione non tunc coniuges,etiamſi coniugium ſeriò meditabantur,ſed ſponſus tantùm & ſponſa efficiuntur.*

c.Tuæ nobis. De desponſ.impu. c.Tuę fraternitati. De ſponſ.

IX. *Sed nec poſtea per temporum incrementa huiuſmodi Matrimonium priùs conualeſcet, quàm per tacitum uel expreſſum utriuſq; conſenſum in ſolidum fuerit redintegratum.*

c.Si infantes. Idem quoq;.de desponſ.impu.

X. *Tametſi Sponſalia per carnis commixtionem confirmata, iuris præſumptione coniugium cenſeantur,attamen ſi utrinq; conſenſus deſit, re ipſa nullum efficiunt.*

c.Veniēs. De ſpō. c.Sufficiat 27.q.2 c.Is qui.De ſpōſ.

XI. *Quare ſi poſt eiuſmodi fornicationem,fiat,ut uel ambo ſimul,uel eorum alteruter,ad alteras fortè nuptias tranſeat, non priores, ſed tantùm poſteriores robur obtinebunt.*

c.Tuas dudum. De ſponſ.duo. c. Sufficiat.27.q.2.

XII. *Quod ſi illiuſmodi carnis coniunctio in foro interiori Sponſalium naturam non immutat, multò ſanè minus eam immutabit iuſiurandum, ſi quod forſan interceſſit,aut inanis ad copulam nixus.*

c.Atteſtatiões.De desþõſ.im.c.Adoleſcens.De ſpon.

XIII. *Nihilominus ſi nuptiarum contractus iureiurando interpoſito fuit confirmatus,acriùs urgendi ſunt,ne fidē datam,et ſacramenti religione confirmatam fallant.Quod ſi cauſa non mala permoti,parere omnino detrectent,cogi,aut pœnis compelli non debent. Solent namq; coacta Matrimonia,infœlices plærunq; exitus ſortiri.*

c.Requiſiuit.De ſponſ. c.Præterea ibidem. c. Quod autem.31.q.2.

XIIII. *Qui Sponſalibus cum diuerſis contractis cum altera ſponſa, quàm cum prima commercium habuit,citra maritalem tamen affectum,huic, cæteris repudiatis,ea ſolùm eſt retinenda,cui primò fidem ſuam obſtrinxerat:Eccleſia tamen ex his,quæ ſenſibus obiecta ſunt,iudicium petens, carnaliter cognitæ adhærendum eſſe meritò cenſebit.*

c. Sicut ex literis. De ſponſ.

XV. *Quanq̃ Sponſalia abſq; mutua contrahentium conſenſione ritè conſtare non queant,diſſolui tamen poſſunt,non ſolùm ex mutua utriuſq; uoluntate, ad exemplum eorum,qui fide interpoſita ſocietatem contrahunt,& poſtea*

c.Præterea. De ſponſ.

postea sibi inuicem obligationem remittunt, uerùmetiam ex alterius tantùm, si modò non leuis adsit causa.

XVI. *Discinduntur autem si generatim loquamur, bifariam, iure uidelicet & hominis facto, Iure quidem cùm nulla uoluntatis partium habita ratione, certo intercedente impedimento, cuiusmodi sunt Matrimonij contractus, cognationis interuentus, monasterij ingressus etc. distrahuntur.* c. Duob. De spōs. duo. c. Sicut ex literis. De spons.

XVII. *Hominis uerò facto dissoluuntur, uel ob contrarium utriusq; consensum, uel cùm lepra, uel alia legitima emergente causa, dissolutio alterius tantùm uoluntati permittitur.* De Coniug. lepro. c. Literas. c. Praeterea. De spons.

XVIII. *Verum utcunq; tandem, uel quacunq; ex causa uera Sponsalia rescindantur (rescinduntur enim ex quàm plurimis) relinquunt tamen ex se uinculum quoddam publicae honestatis nomine significatum, coniugium cum cognatis sponsi uel sponsae postea initum, non secus atq; affinitatis necessitudo dissoluens.* c. Ex Sponsalib. c. Sponsam. c. Si inter. De spons.

PARS THESIVM SECVNDA.

De Matrimonij substantia & institutione.

I.



Omine Matrimonij non Platonicam illam uxorum κοινωνίαν, aut promiscuam maris & foeminae consuetudinem intelligimus, sed eiusmodi utriusq; coniunctionem, quae & indiuidua sit, & legibus patriaeq; moribus consentanea. c. Illud. De praesumpt. 27. q. 2. c. 8 c. Quod autem. 29. q. 1.

II. *Coniugalem hanc duorum societatem* Deus Opt: Max: *tunc primùm insinuauit, cùm primi hominis solitudinem misertus matrem omnium* Euam, *non ex capite ut dominam, nec ex foemore ut seruam, sed ex latere dormientis, ueluti legitimam tori consortem, & commerciorum omnium domesticorum sociā eduxit, eductamq;* Adamo *assignauit, propriamq; dicauit.* Gen. 2.

III. *Instituit autem, uel iam tum institutum confirmauit, quando ui et natura eius oraculo expressis, primo generis nostri parenti, et posteris eius in ipso, praecipuum eius officium palàm imperauit. Crescite (inquiens) & multiplicamini & replete terram.* Gen. 1. c. Lex diuinae. 27. q. 2. August. 14. c. 22. de ciui.

IIII. *Neq; enim putandum est praeceptum illud de stirpe procreanda, iam tum primùm aeditum, et postea denuò instauratum Adamum tantùm, aut primae illius aetatis homines solos obligasse, obligabat enim & obligat omnium aetatum mortales.* D. Thom. 4. d. 26. q. art. 2. ad 1.

Gen.1. 1.Cor.7. Math.19.

V. *Veruntamen quod publicum potiùs, quàm priuatum cuiusq; bonum preceptum illud concernat, non singulos obstrictos tenet, sed ex tota hominum multitudine tantùm nonnullos: quemadmodum reliqua officia & functiones, sine quibus* Ciuitates & Resp. *suam incolumitatem tueri, & autoritatem defendere non possunt.*

D.Aug.lib.9.super Gen. ad literã c.7. Hugo lib.2. p.11. Mag.4.d.26.

VI. *Porrò autem licet coniugalis illa societas, primò in officium naturæ, hoc est in legitimam generis nostri propagationem à* Deo Opt.Max. *potissimùm fuerit instituta, tamen post fœdam illam parentum nostrorum præuaricationem, citra ullam factæ institutionis antiquationem, cœpit esse in libidinis quoq; & insitæ naturæ nostræ concupiscentiæ remedium, et incertum nihilominus rerum futurarum symbolum, eiusmodi tamen, quod ante* Christum Dominum *nostrum passum sanctificantis gratiæ esset expers.*

Ioannis 3.

VII. *Atq; hoc ipsum Seruator noster haud obscurè tum demum subindicasse creditur, quum miraculorum suorum initio in nuptijs* Canæ Galileæ *sumpto, aquam transmutauit in uinum, nuptias nimirum pridem frigidas & spiritu uacuas in spiritali gratia fœcundas.*

c.Quis ignoret. 32.q.4. Gal.4. In decret. ad Armenos.

VIII. *Neque tamen id eo in sensu accipiendum est, quasi antiquorum coniugia non fuerint sancta, &* Deo *grata (fuerunt enim quorundam sanctissima &* Deo *gratissima) sed quod ex se, seu ex opere operato (ut in Scholis loquimur) ueluti egena quædam elementa nihil conferrent gratiæ, aut adferrent sanctimoniæ: hoc enim unum Christianorum nuptijs legitimè contractis seruabatur integrum. Sacramenta (inquit* Conc.Flor.*) antiquæ legis gratiam non causabant, sed eam solùm per Christi passionem dandam significabant: nostra uerò, hoc est nouæ legis & gratiam continent, & dignè suscipientibus conferunt.*

Sess.24.c.1. a c.Ad abolendã. de hære. Conc. Constan. sess.15. Floren. Trid.sess. 7.et 24. Leo epi. 9.c.4. ep.14. Innoce.3. Nicola.1. ad consul.Bul. D.Aug.de bono coniugali.c.7.15.18.24. Atha. Amb.Hier.in.c.5 ad Ephe. Ber.ser. 65. super Cant. Mag.Sẽt. cũ tota Patrum Schola, Thom.Bon.Alb. Alex.etc.

IX. *Neq; dissentit* Syno.Trid. *Matrimonij (inquit) perpetuum & indissolubilem nexum primus humani generis parens diuino instinctu pronunciauit, cum dixit, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea etc. Gratiam uerò quæ naturalem illum amorem perficeret, & indissolubilem unitatem consummaret, coniugesq; sanctificaret, ipse Christus uenerabilium Sacramentorum institutor atq; perfector, sua nobis passione promeruit: quod Paulus innuit dicens, Viri diligite uxores uestras sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, mox subiungens, Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Deinde concludens infert, Cùm igitur Matrimonium in lege Euangelica ueteribus connubijs per Christum gratia præstet, meritò inter nouæ legis Sacramenta Ma-*

trimonium

trimonium ² S. Patres nostri, Concilia, et uniuersalis Ecclesiæ traditio semper docuerunt.

X. *Non sunt ergo audiendi impiorum dogmatum Magistri, qui contra Christum, & Ecclesiam eius insanientes, non solum perperam de hoc Sacramento senserunt, ac porrò sentire pergunt, sed libertatem carnis prætextu Euangelij more suo introducentes, multa ab Ecclesiæ Catholicæ sensu, & ab Apostolorum temporibus probata consuetudine aliena, scripto & uerbo, non sine magna Christi fidelium iactura, cùm de hoc, tum etiam de alijs Sacramentis confinxerunt.* Eadem Sess. eodemq; cap.

XI. *Cæterum cum ad Matrimonium ritè constituendum, præter uinculum, concurrat pactio uinculum efficiens, & cæremonia exterior pactioni intercedens, non est putandum propriam Sacramenti rationem in nuptiali pactione, aut indissolubili illo coniugum uinculo consistere: siquidem utrumlibet horum est res latens, Sacramentum autem, ut Patres asseuerant, & Concilia confirmant, est res sensilis.* Aug. lib. 10. c. 55: de ciui. lib. 2. c. 1. de Iosm. Conc. Floren. in instructione Arme.

XII. *Consistit autem οὐσιωδῶς in ritibus illis & symbolis exterioribus, quibus pro cuiusq; loci uel Prouinciæ consuetudine futuri coniuges inter contrahendum utuntur: non quidem simpliciter & absolutè (sic enim isthæc ad naturæ officium spectant) sed ut ex diuina institutione signa sunt & causa inuisibilis gratiæ.* D. Tho. 4. d. 26: q. 2. art. 1. ad 5.

XIII. *Etenim ut in alijs nouæ legis Sacramentis comperitur quippiam, quod à Scholæ Patribus appellatur Sacramentum tantùm, aliud quòd res tantùm, aliud quod res & Sacramentum simul: ita in hoc quoq; diuino mysterio actus sensiles, quibus Matrimonium contrahitur, dicuntur Sacramentũ tantùm, nõ absolutè (ut modo dicebamus) sed ut Dei Opt. Max. uoluntate et sanctione efficax gratiæ diuinæ symbolum existunt. Rei autem & Sacramenti simul uicem subit, indissolùbile illud coniugij uinculum, non simpliciter (nam sic quoq; ad naturæ officium pertinet) sed ut ex Dei & Domini nostri institutione significat quippiam sanctum, & disponit nihilominus ad transnaturale cœlestis gratiæ donum. Res hic contenta et significata, est gratia gratum faciens, qua coniugij usus per se alioquin licitus, efficitur meritorius & Deo Opt. Max. gratus. Res deniq; significata & hic non contenta, est diuinus ille nexus, quo Christus Deus & Dominus noster sibi uniuit Ecclesiam, non modò secundum gratiam & dilectionem, sed etiam secundum assumptæ carnis communicationem.* D. Tho. eod. arg. & loco.

XIIII. Iure

De bono coniug. c. 24.

XIIII. Iure proindè meritóq; D. August. Sacramentum coniugij ita omnibus tradit esse commune, ut tamen Sacramenti sanctitas non inueniatur, nisi in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, hoc est in Ecclesia. Bonum (inquit) nuptiarum per omnes gentes, atq; omnes homines in causa generandi est, & in fide castitatis, quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate Sacramenti.

PARS THESIVM TERTIA.

De effectrice Matrimonij causa.

I.

c. Sufficiat 27. q. 2. c. Tuas dudū. De sponf. duo. c. Tuæ fraternitati. De sponf.



Causa Matrimonij secundum Deum effectrix, est maris et fœminæ coniugale iugum legitimè subeuntium consensus, per uerba aut signa actum præsentem significantia, quoquo modo expressus.

II. Neq; enim (quod ad nuptiarū firmitatē attinet) magni referre existimandum est, ipsorúm ne coniugum an aliorum uerbis, aut signis consensus patefiat, modò tamen mutuus sit, neq; ulla sui parte uitiosus.

c. Procurator. De procurat. Gen. 24.

III. Veruntamen ne qua litibus materies contrahentium taciturnitate præbeatur, si nuptiarum candidati fandi facultatem habent, (Nam & surdi quoq; & muti, uel aliâs sermonis beneficio destituti, Matrimonium inire non prohibentur) non facilè permittendum erit alijs, ut futurorum coniugum uice hac in parte fungantur.

c. Cum apud. De sponf. c. Tuæ fraternitati. ibidem.

IIII. Porrò autem ut latens animorum consensus, nisi certo aliquo argumento ad modum iam expositum palàm fiat, indiuiduum illud Matrimonij uinculum rectè constituere non potest, ita è diuerso nulla prosunt signa, nulla sufficiunt indicia forinsecus proposita, ad hoc ipsum efficiendum, si interior animorum consensio defuerit, aut altera sui parte claudicauerit.

c. Tuæ fraternitati. De sponf. & Matri.

c. Sufficiat. 27. q. 2.

V. Quamobrem si qui, ut suæ libidini faciant satis, quem non habent assensum calidè aßimulant, aliud illi nihil agunt, quàm quod suæ uoluptati morem gerentib. scelerate imponunt: Digni profectò, qui postea[q] nuptijs malè cohærentibus desertis, ad alteras consilia sua transtulerunt, neutrarum fructu potiantur, hinc reclamante conscientia & lege diuina, inde sæuiente Ecclesiæ censura.

c. Tua nos. De sponf. & Matri.

VI. Neq; tamen, quia de alterius uoluntate certò nobis constare non potest, ideò inter spem & metum semper fluctuandum erit: sufficit enim, si moralis quædam certitudo hic non desit: quemadmodum hæc ipsa in reliquis quoq;

quoq; contractibus, qui fidei uel euidentiæ certitudinem non admittunt, uel certè non requirunt, abundè sufficere solet. 3. Meta.tex.4.

VII. *Nihilominus si fœdere Matrimonij per carnis copulam confirmato, alterutri coniugum huiusmodi aliquod circa alterius consensum dubium oboriretur, quod omni, quam oportuit adhibita diligentia dissolui non posset, neutiq̃ sanè tutum esset, ea animi anxietate pendente, coniugale debitum petere, petenti tamen denegare fortaßis non liceret.* c. Dominus. de secun. nupt. c. Inquisitioni. de sent. excom.

VIII. *Cæterùm cùm locum ibi nullum habeat consensus, ubi deest libertas uoluntatis, fit ut nullum ibi constitui queat ualidum Matrimonium, ubi uis uel metus uehementior quocunq; modo intercesßit.* c. Cum locum. De sponf. c. Veniens. eod. c. De neptis. 31. q. 2.

IX. *Possunt quidem Reges & Imperatores, & alij etiam inferioris ordinis Principes, si permittat Ecclesia, uel non inhibeat, nuptiarum libertatem ex obliquò & indirectè non nihil imminuere (ut si exempli causa huiusmodi aliquod statutum ædant. Quicunq; ingenuæ uim obtulerit, eam uel uxorem habeat, uel in mulctam tantum æris persoluat, uel aliud eius generis quoduis) at nulla tamen sanctione efficere possunt, ut absq; mutuò contrahentium consensu firmum aliquod Matrimonium coalescat.* c. Tuas. De sponf. duo. c. Cum locũ. c. Cum apud. De sponf. c. Sufficiat. 27. q. 2.

X. *Quòd si Principes & mundi huius Dynastæ uitæ mortisq; potestatem exercentes, suis id legibus efficere non queunt, multò sanè minus id ipsum efficient, qui genuerunt uel nutriuerunt.* c. Tuæ fraternitati. Conc. Flor. in instru. Arme.

XI. *Possunt tamen illiuscemodi rationibus & precibus æquis ad certa quædam Matrimonij fœdera liberos suos inflectere, non etiam iniquis. Iniquas preces hoc loco eas appellamus, quæ à melioris uitæ proposito ad carnis uoluptatem abducere moliuntur.* c. Aliter. c. Honorantur. 32. q. 5.

PARS THESIVM QVARTA.

De usu Matrimonij.

I.

T*Ametsi actus coniugalis ad perfectam mysterij significationem plurimum momenti adferat, & ad primarium Matrimonij finem intrinsecum quoq; ordinem habeat, per se tamen ad nuptiarum substantiam non pertinet, Pactio (inquit Amb.) coniugalis Matrimonium facit, non uirginitatis defloratio, cùm mulier coniungitur uiro, coniugium est, non cùm uiri commixtione cognoscitur.* c. Non est. c. Cum societas. 27. q. 2. c. Matrimonium. c. Omnes. c. Cum initiatur. c. Coniuges. 27. q. 2.

II. *Solius uoluptatis causa coniugiò operam dare, neq; honestum est,*

B neq;

c.Quicquid. 32. q.2. Aug. de bono coniug. c.6. c. Olterebat. c. Flagitia. c. Vsus. c. Solum. 32 q.7. Ephes.5. ad He.13. 1. Co.12

neq; coniugij legibus consentaneum, sed peccato obnoxium, licet tum demum lethali, cùm præposterum uoluntatis propositum extra legitimos Matrimonij cancellos efferatur, uel etiam naturæ honestatisúe coniugalis leges enormiter pessundantur, quocunq; tandem modo uel ratione id fiat.

c.Solet quæri. 32. q.2. Gen.2. 1.Cor.7.

III. *E diuerso uerò Matrimonium usurpare ut posteritatem relinquas, uel ut petenti coniugi debitum coniugale exoluas, nuptiarum fini atq; adeò primario Matrimonij instituto nequaquam est dissentaneum.*

Leui. 20. D.Tho.4.d.32.

IIII. *In lege Mosaica capitale erat, si quis menstruatæ turpitudinem retexisset: uerùm quia inhibitio illa, quatenus Mosaica & cæremonialis duadum iam exoleuit, & quia motus carnis uehementior nonnunquam insurgit, non erit eiusmodi commercium, tanto crimini semper obnoxium.*

1.Cor.7. c.Si coniugatus. c.Sane, de con. coniug.

V. *Cæterùm cùm neuter coniugum corporis sui potestatem habeat, sed alter, consequens fit ut neutri quoq; absq; alterius consensu castitatis uoto obstringere se liceat.*

c.Si quis. c.Si vir. c.Scriptum est nobis. 27.q.2. c.Præterea. c. Vxoratus. de conuers. coniu.

VI. *Quod si hac coniugij lege non obstante, alteruter eorum altero inscio, alicui eius generis uinculo sese implicet, quod mutuam illam corporum potestatem uel tollat, uel grauiter etiam imminuat, adeò sua illa præpostera religione obsequium Deo Opt. Max. nullum præstat, ut grauem etiam noxam sibi adiungat: quippè qui fidem coniugalem, quod in se est, manifestè fallat.*

c.Sciatis. c.Quotiescunq. c.Vir cũ. c.Fratres. 33.q.4.

VII. *At uerò ut maximè uterq; coniugum, alteri in reddendo debito ex æquo sit obstrictus, neuter tamen alterius uoluntati, quouis loco aut tempore, uel graui aliqua cum difficultate, uel uitæ discrimine tenetur facere satis.*

D.Thom. & Bonauent. & reliqui scholæ Patres.

c.Peruenit. c.Quoniam. de coniug. lepro. opp. videtur coniu.

VIII. *Quare si peritorum medicorum iudicio ex tori, uel aliorum quorumlibet officiorum communicatione, utrius eorum euidens uitæ periculum imminet, citra ullam fidei coniugalis iniuriam, in totum uel in partem, pro periculi magnitudine & diuturnitate secessionem facere fas erit: secus si incommodum, quod ex coniugati consuetudine formidatur, fuerit leue uel non admodum euidens.*

QVINTA

PARS THESIVM QVINTA.

De Matrimonij fine & bonis.

I.



Eminum Matrimonio finem aßignare poſſumus, alterum per ſe, alterum per accidens: hic pro uaria contrahentium affectione & animorum ſtudio, modò bonus eſt & legibus Matrimonij conſentaneus, modò malus & legibus eiuſdem diſſentaneus: ille ſimpliciter malus eſſe non poteſt. D.Tho. 4.d.30. q.1.art.3.

II. *Fine nuptijs extraneo permouentur, qui propter opes, honores, corporis uoluptates, uel aliud eiuſmodi Matrimoniū ineunt. Intrinſeco uerò & proprio, qui prolis uel fornicationis euitandæ cauſa coniuges fiunt.* Ibidem & 22. q. 154.art.2. & 3. q.29. art.2:

III. *Proprium hunc Matrimonij finem præcipuè concernunt fides, proles & Sacramentum, & cætera quoq; quæ in his ueluti membra quædam minora in maioribus continentur.* Aug.lib.9.ſuper Gen. D.Tho.4. d.33.q.1. ar.1. & 4.con.gen.c.78.

IIII. *Cæterùm inter tria hæc principem locū obtinet Sacramentum: ſiquidē fides ab adulteris uiolata Matrimonij uinculū non rumpit, quæ enim adultera eſt, ideò coniunx non eſt, imò ſi coniunx nō eſſet, adultera non eſſet.* Aug.li.1. de nup. & con.c.10. Hug. p.11.c.8.de Sacr.

V. *Sed neq; ſteriles, quæ fructu prolis fruſtrantur, coniuges eſſe deſinunt. At uerò ut Matrimonium uerum ſit, & tamen indiuiſibile indiuiſibiliſq; unionis ſignaculum non ſit, id fieri nequaq̄ poteſt.* Hug.& Aug.eod.

VI. *Tripartito hoc bono Matrimonium cùm cohoneſtari, tùm etiam excipiā Patribus dicitur: Nam etſi diuinam contineat inſtitutionem, & per ſe proindè inhoneſtum non ſit, tamen quia uſus eius rationis aciem uehementer perſtringit, & quia Matrimonia etiam auſpicatiora non exiguis moleſtijs ſunt reſperſa, opus fuit priuilegijs quibuſdam & prærogatiuis, quæ & uſum eius cohoneſtarent, & onera prætereà eiuſdem aliqua ex parte ſubleuarent.* Gen.2: 7.Ethi.c.Connubij.32.q.2. Chry.in19.Mat, Aug.lib,2. Soli.

PARS THESIVM SEXTA.

De Polygamia.

I.



Nter alias legitimi Matrimonij leges, duæ extant præcipuæ: altera ut ſit inter duos tantùm. Erunt (inquit ille) duo in

Math. 19. Gen. 2. Ephe. 5. 1. Cor. 5. Roma. 7. *carne una, neutriq; eorum liceat tertio corporis sui potestatem facere: altera ut solo alterius morte possit dijcindi. Mulier (inquit Apostolus) quæ sub uiro est, uiuente uiro alligata est legi. si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri.*

Gen. 2. a. Gaudemus. De diuortijs. II. *Cum itaq; uxorum pluralitas non solùm diuinæ institutioni, sed fidei etiam coniugali, et sacramentali significationi uehementer aduersetur, fit ut polygamia nulla lege, aut statuto humano fieri queat licita.*

a. Obijciuntur. 32. q. 4. Amb. lib. de Patriar. 32. q. 4. c. Atixit. Aug. li. 2. contra aduer. leg. III. *Verumtamen cùm ea res secundarijs Matrimonij finibus ita repugnet, ut tamen primarium eius finem non tollat, sed neq; multum etiam impediat, (potens est enim uir unus plures quandoq; uxores fœcundare) potuit Deus Opt. Max. Patriarchis, & eorum posteris usum polygamiæ non modo impunem, sed etiam inculpatum permittere.*

IIII. *An uerò gentium populo Iudæorum exemplo, uel more uulgo tunc recepto, idem quoq; licuerit, à quibusdam dubitatum est, nobis non absq; probabilitate loquuti uidentur, qui tradiderunt Ethnicorum* πολυγυναικείαν *aliqua potiùs ignoratione, quàm ulla omninò legis relaxatione fuisse excusabilem.* Inno. 3. c. Gaudemus. de diuortijs. Palud. Sot.

Ephe. 5. Gen. 2. Math. 19. Aug. lib. 1. c. 9. de adulterinis coniug. V. *Verùm utcunq; tandem res ea ante Christi Domini nostri* οἰκονομίαν *habuerit, certum est modò post Euangelium promulgatum, nulli neq; Iudæo neq; Græco neq; Barbaro fas esse plurium uxorum nuptijs uno simul eodemq; tempore potiri.*

VI. *Porrò autem licet,* πολυγυναικεία *illa ad tempus Iudæis fuerit indulta, et à gentium populo quocunq; modo usurpata, nunquam tamen licuit uni uiro unius uel plurium concubinarum amplexibus frui: utrumq; enim nefas est, & primario Matrimonij fini apertè contrarium.* Exo. 20. Aug. li. de bono coniug. c. 14. c. Concubinæ. 32. q. 2.

Gen. 26. 29. 30. 1. Reg. 1. 1. Reg. 18. & 25. VII. *Quamobrem cum Abraham, Iacob, Dauid, & complures alij ueteris Testamenti Patres, præter legitimas uxores, quasdam quoq; concubinas sibi asciuisse leguntur: non ita id est accipiendum, quasi concubinæ illæ non fuerint legitimæ eorum uxores, erant enim: appellabantur tamen concubinarum nominibus, quia non eo loco habebantur apud suos maritos, quo matresfamilias, sed neq; ea quoq; solennitate initiabantur, qua primariæ coniuges, sed prolis causa obiter tantùm ad tori consortium assumebantur.*

a. Is qui. d. 34. a. Christiana. ead. VIII. *Atq; huc Conc. Tol. disertè respexit, dum uxores citrà consuetas solennitates domum traductas concubinarum uocabulo appellat. Is (inquit) qui non habet uxorem & pro uxore concubinam habet à communione non repellatur, tamen ut unius mulieris, aut uxoris aut concubinæ coniunctione sit contentus.*

IX. Neq;

IX. *Neq; enim cogitare fas est Conc. illud Ecclesiæ authoritate comprobatum contrà Christum impudicum etiam aspectum inhibentem, uniuersalemq; S. Patrum traditionem fornicationem nusquam non acerrimè insectantium, concubinatus flagitium decreto suo confirmare uoluisse.*

Math. 5.
Aug. Homil. 49. c. Audite. d. 34.

PARS THESIVM SEPTIMA.

De Bigamia.

I.

T*Ametsi ex se nulli crimini obnoxium sit, uxore defuncta nuptias cum altera muliere denuò instaurare, Ecclesia tamen maritos huiusmodi digamos, ueluti unitatis tessera destitutos, ad altaris ministerium haud facilè solet admittere.*

c. Quomodo. 31. q. 1. c. Aperiant. c. Deg. c. Quod si. ibidem. c. Vt diga. c. Super eo. c. De diga.

II. *Nascitur autem impedimentum hoc Ecclesiasticum non una tantùm ex causa. Siquidem Iura canonica non eum solùm digamum censent, qui uiduæ aut aliàs corruptæ maritus fuit, sed eum etiam, qui post patratum ab uxore adulterium uxoris adulteræ toro quouis modò communicauit.*

c. De digamis. eodem. c. Quicunq; d. 50. c. Nō confidit. ibidem.

III. *Propriè tamen is digami appellatione ornari solet, qui duas ordine uxores habuit, utraq; interim traducta, & per carnis copulam cognita.*

Gloss. in 2. de di. D. Tho. 4. d. 27.

IIII. *Nec refert quicq; quod ad eam rem attinet, quod earum alteri ante Baptismum fuerat coniunctus, alteri post regenerationis Sacramentum susceptum: siquidem Baptismus crimina diluit, non etiam Matrimonia, unde hoc impedimentum proficiscitur, dissoluit.*

Aug. lib. de bono cōiug. c. 18. Inno. ep. ad Euf. & Ru. Episc. Maced. c. Nunquid. 28. q. 1.

V. *Pari modo digamiæ notam non tollit, quòd coniugium cum altera tantùm, uel etiam cum neutra fuerat ualidum. Nam & uotifragi monachi, et uagi quoq; erraticiq; homines, qui alijs atq; alijs in locis nouas subindè nuptias citra ruborem repetunt, inter digamos etiam reijciuntur. Non quidem propter contractum coniugij uinculum (certum est enim tam monachatum professos uel sacris initiatos, quàm alijs nuptijs obstrictos legitima Matrimonia capessere non posse) sed propter sacrilegum animi affectum, opere sequuto confirmatum.*

Inno. Ep. Ratisp. c. Nuper. c. A nobis. de diga.

VI. *Contra uerò qui unam uel plures concubinas fouit, uel eam duxit uxorem, quam prior maritus reliquerat intactam, uel eam deniq; fœdere coniugali sibi coniunxit, qua cum dudum antè Matrimonium contractum carnis consuetudinem habuerat, inter digamos nequaquam sunt censendi.*

c. Debitū. c. Quia circa. de digamis.

VII. *Verum undecunq; tandem uel quomodo hoc digamiæ uinculum*

 confletur,

Gregor. in Conc. Lug. c. Altercationis. de big. 5.

consletur, Ecclesiastica tamen sanctione non solùm impedit legitimam sacrorum Ordinum susceptionem, susceptorumq; usum & exequutionem, sed ipsum quoq; digamum omnibus clericorum priuilegijs et prærogatiuis exutum, ciuili foro addicit.

c. Lector. d. 34. D. Tho. 4. d. 27. q. 2. ar. 4.

VIII. *Quòd uerò ad canonici huius impedimenti relaxationem attinet, dubium nullum est, quin summus Ecclesiæ Antistes super digamiam in solidum poßit dispensare. Ordinarij uerò, quorum autoritas angustioribus finibus continetur, in minoribus quidem cum digamis dispensant, non etiam in maioribus, nisi peculiare super ea re mandatum habeant.*

PARS THESIVM OCTAVA.

De Matrimonij Christiani dissolutione ante usum.

I.

2. Physic. t. 48. 49. etc.



Vemadmodum in uasta hac rerum uniuersitate, præter merè contingentia, quædam ita sunt affecta, ut perpetuũ sortiantur euentum: alia contra eius naturæ existunt, ut fine suo quandoq; frustrentur, ita coniugiorum (quæ quidem ante pactionem libera sunt, & naturam merè contingentium induunt) quædam nõ solùm legitima sunt et rata, sed simpliciter etiam indissolubilia, quædam contra ita sunt rata, ut tamen non perpetuò sint firma.

II. *Legitima dicimus, quæ legibus Prouinciæq; moribus sunt consona. Non legitima, quæ contra naturæ aut Ecclesiæ leges, aut patriæ mores sunt contracta. Simpliciter rata appellamus, quæ neq; fidei neq; religionis, neq; cuiusq; alterius rei causa patiuntur repudia. Non rata simpliciter, quæ propter fidem aut religionem nonnunq̃ admittunt diuortia.*

III. *Prioris ordinis sunt Christianorum coniugum Matrimonia legitimè inita, & per carnis copulam consumata. Posterioris uerò infidelium omnia, tam rata tantùm, quàm rata & consumata simul, & fidelium quoq; carnali consuetudine nondum corroborata.*

IIII. *Nam ut maximè Christianorum coniugia priusq̃ corporum commixtio intercesserit, nonnullam indissolubilis unionis illius inter Christum & Ecclesiam imaginem præseferant, & intrinsecè uera existant, (alioquin enim non solùm maiorum autoritate, sed ex mutua etiam utriusq; consensione, instar sponsalium rescindi possent) Sanctorum tamen exempla docent,*

cent, & Ecclesiæ Catholicæ sanctiones confirmant tantæ firmitatis non esse, quin altero etiam inconsulto, per monasticæ uitæ professionem dissolui queant. Si quis (inquit Synodus Trid.) dixerit Matrimonium non consumatum, per solennem alterius professionem non dirimi, anathema sit. c. Desponsatã. c. Deuicta. c. Scripsit. 27. q. 2. c. Verum. de con. coniug. Sess. 24. c. 6.

V. *Nec deest facti ratio. Nam cùm hæc dissolutio in nullius prorsus damnum aut præiudicium cedat, potuit Deus Opt. Max. coniugia illa carnis commercio nondum consumata, melioribus auspicijs, in nuptias spirituales commutare.* c. Scripsit. 27. q. 2. ex Nico.

VI. *Verùm ne hoc religionis ueluti priuilegio honestæ quandoq; nuptiæ eludantur, partium erit Pastorum, cautione aliqua idonea recepta, certum ei terminum præfinire, qui à Matrimonio ad monasticen asserit se uelle transire: infra quem siquidem uitæ statum mutauerit, alter qui in seculo remanserat, si continere noluerit, alteris nuptijs operam poterit dare: sin autem, uel nolens in contracto pridem Matrimonio compellendus erit persistere.* c. Ex publico. de conuers. coniug.

VII. *Quin etiam Ordinis Sacramentum solenne castitatis uotum includit: attamen quod Matrimonium sacræ ordinationi absolutè non repugnet, (olim siquidem ijdem nonnunquã simul mariti erant & sacrorum ministri) fit ut per sacerdotij etiam summi susceptionem, Matrimonij uinculum minimè discindi queat.* c. Quod autem. c. Diaconus. c. Præsbyteris. d. 27. c. Nullum. c. Decernimus. c. De his. c. Præterea. d. 28.

VIII. *Quod si accedente sacerdotio nuptiarum nexus non discinditur, multò sanè minus alterius Matrimonij accessione discindetur, etiamsi sponsa non reclamet, & Pontificis autoritas intercedat.* Greg. 9. c. Si inter uirum. De spons.

PARS THESIVM NONA.

De coniugum infidelium diuortio.

I.



Ametsi infidelium coniugia etiam legitimè contracta perfectam Sacramenti rationem non assequamur, quàm diu tamen ambo coniuges in infidelitatis errore persistunt, canonicè dissolui neutiquã possunt. D. Aug. de bono coniug. cap. 14. Rursum de fide & ope. c. 7. de nupt. & cõcup. c. 7. li. 1.

II. *Quod si uerò alterutro eorum fidei Sacramento initiato, alter uel altera in ueteri ignoratione persistens cohabitationem detrectet,*

c.Quanto.de diuortijs.c. Simili modo.c. Si quis. c. Vxor. c. Idololatria. 28.q.1. 1.Cor. 7. D.Aug.li.1.ca.13 de coniug. adulte. c.Iā nunc.28.q.1. c.Sic enim.ibidē.

detrectet, uel ita admittat, ut blasphemiæ tamen causam præbere, & ad peccatum allicere non desistat, nihil tunc obstabit, quò minus eorum coniugia poßint dirimi, & in alia (quod ad fidelem attinet) commutari.

III. *Verumtamen quousq; alter uel altera in fidelium album ascitus iam uel ascita, nuptias cum altero uel altera non instaurauerit, uel alia ratione uitæ statum mutauerit, Matrimonij uinculū uim suam retinet integrè.*

Innoc.3. Tiberiadensi Episc.

IIII. *Quare si pridem infidelis Spiritusancto afflante fidei signaculum priùs susciperet, quam alter uel altera ad Christum nuper conuersus uel conuersa, solenni uoto alicui monasterio sese addixisset, uel alteri coniugi fidem suam obstrinxisset, ueterana neophytum, & uice uersa, uel inuita ad pristinam tori consuetudinem cogetur admittere.*

c.Gaudemus. de diuortijs.

V. *Quòd si quando usu ueniat, ut maritus quispiam πολύγαμος unà cum uxoribus suis ad fidei Christianæ lucem conuertatur, huic sola prima retinenda erit: sin autem prima fidem, quam reliquæ complectuntur, recuset, ex reliquarum conuersarum numero quamlibet sibi adiungat licet: siquidem nulli reliquarum maius quàm alteri Matrimonij ius quæsitum erat.*

c.Gaudemus.eod. c.Si quis gent. 28.q.1.

VI. *Qui in paganismo adhuc hærens legitimam uxorem citra fornicationis causam repudiauerat, & aliam duxerat, is Christianismo postea initiatus, muliere superinducta reiecta, ad iniustè repudiatæ torū debebit redire: nisi forsan conuersionem, quam superinducta mulier acceptat, uxor repudiata pertinaciter refutet.*

c.Iudæorū.28.q.1 c.Ex literis. de conuers.infi.

VII. *Facto porrò religionis causa diuortio liberis adultioribus integrum erit, utriusuis parentis religionem sequi. Cæteri uerò, qui per ætatem nondum sapiunt, in Catholici parentis ius atq; ditionē mox cedunt.*

c.Quando. de diuortijs.ex Inno.3.

VIII. *Inficiari non potest quin hæresis in infidelitatem apertè degeneret: tamen quia fidei Sacramentum semel admissum aboleri non potest, fit ut neq; per hæresin, neq; per aliud quodcunq; animi uel corporis uitium Matrimonij uinculum obrumpi queat: tori tamen ac mensæ consuetudinem manifestam hæresin dissoluere posse nemo dubitet.*

Vrbanus 3.Con. Floren.c.De illa. De diuortijs.

IX. *Quòd si uerò hæresis manifesta non sit, uel hæresi infectus priùs ex animo resipuerit, quàm hæreseωs fuerit conuictus, neutrius iure spoliari poterit: secus si usq; ad iudicis sententiam in sua cæcitate persistat.*

Pan.c.fi. de conuers.coniug. Host. Got. Syl.

X. *Imò ne tunc quidem coniugij solatio priuari deberet, si uxor ab hæresi immunis existens, in carnis fornicationem cecidisset, uel si hic priùs mentem, quàm illa uitæ statum mutasset, quamuis hoc posterius maioris fortaßis difficultatis foret.*

PARS

PARS THESIVM DECIMA.

De coniugum fidelium diuortio post Matrimonij usum.

I.



Contingit nonnunquam etiam Christianorum Matrimonia per carnis copulam confirmata dissolui: à uinculo quidem & perfectè alterius morte: ab usu uerò & imperfectè mutua utriusque uoluntate, uel enormi aliquo utriusuis crimine.

Rom. 7.
c. Coniugatus. de conuers. coniug.

II. *Ex mutua utriusque consensione Christianorum Matrimonia dissociantur, cùm ambo coniuges utrinque concordes à debito coniugali se inuicem absoluunt: & castitatem promittunt siue id fiat in monasterio, siue in priuato domicilio: utrumque enim rectè fieri potest, licèt alterum sit securiùs. Quòd si semel se inuicem absoluerint, neutri postea alterum ad torum repetere licebit.*

Greg. epi. 39. li. 9. c. Sunt qui. 27. q. 2.

III. *Quin solus etiam maritus, si modò uxor in seculo remanens continentiam sponte uoueat, uel eius ætatis sit, ut uiolandæ castimoniæ nulla amplius suspicione laboret, ad monasticen potest transire, uel sacris initiari.*

c. Coniugatus. c. Cum sis. c. Ad Apostolicam. c. Significasti. de con. coniug.

IIII. *Ex crimine uerò separatio accidit, cùm uteruis eorum adulterio se polluit, uel grauem aliquam pestem alteri machinatus fuit: dummodo de machinatione palàm constiterit, & uitæ periculum minimè fuerit leue.*

c. Significasti. de diuor.
c. Ex literis.

V. *Veruntamen non temerè, neque ex quauis fornicatione huiusmodi diuortia, etiam quò ad tori societatem conceduntur. Nam si maritus uxori adulterij ansam præbuit, uel uim ipsa ab improbo aliquo perpessa, aut dolo malo circumuenta fuit, aut aliud quippiam huiusmodi incautæ accidit, neutiquam marito diuortia faciundo ius erit.*

c. Discretionẽ. de eo qui consang. c. Cũ per bellicã. 34. q. 2. c. Lectũ. ead. c. Proposito. 32. q. 5.

VI. *Multo uerò minus repudio locus erit, si uir in eadem quoque cum uxore hærebit noxa, uel cùm post admissum adulterium reconciliatio utrinque intercessit.*

c. Nihil iniquius. c. Si dubitari citis. 32. q. 6. c. Intelleximus. c. Tua fraternitas. De adul.

VII. *Porrò autem quemadmodũ propter notoriam utriusuis mœchiam, Ecclesia diuortium permittit, ita idem etiam permittere solet, cùm alter eorum in hæresin, uel ἀποσασίαν, uel in alium quemcunque infidelitatis errorem præceps abijt. Nihil tamen istorum omnium necessariam adducit separationis causam.*

c. Quæsiuit. de diuort. c. De illa. eo tit. c. Mulier. de con. coniug.

VIII. *Quandoquidem cùm uxoris ueluti uasis infirmioris non sit mariti flagitijs modum imponere, aut certam ei uiuendi legem præscribere, sed*

1. Cor. 9. Ephe. 5. Coll. 3. 1. Tim. 2.

C *subesse,*

subesse, & incommoda illius, quoad eius fieri potest, ferre & dissimulare, graue nimis foret, si à sonte marito uxor insons, sub certæ noxæ reatu cogeretur secedere.

IX. Et quod de uxore asseritur, id de marito quoq; asseuerari posse improbabile non est: præsertim si eius sit conditionis, ut uxoris adulteræ opera uehementer indigeat, publiceq; constet tantùm abesse, ut materiam ullam aut patrocinium uxoriæ improbitati subministret, ut omni etiam studio à flagitiosa uita eā compescere, & ad melioris uitæ frugē transferre satagat.

Math.5.1c. Luc.16. Mar.1c. 1.Cor.7.

X. Quòd si deploratos adulteræ mores maritus ferre nollet, ut reuera (nisi insigni aliqua necessitate constringatur) ferre non debet, non ideo tamen rectè priuata autoritate domo eam pellet.

c.Si vir. de adult. c.Sicut crudelis. c.Si quis. c.Dominus.32.q.1.

XI. Cæterùm quando diuortia eiusmodi, cuiuscunq; tandem iudicio uel autoritate fiant, Matrimonij uinculum non soluunt, neutri coniugum altero adhuc superstite, aliud coniugium inire licitum est.

Rom.7.1.Cor.7. Hie.in c.19.Mat. Aug.li.50. Hom. Hom.49.32.q.7 c.Placuit.

XII. Nec obstat assertioni huic exceptio illa fornicationis, qua Christus Redemptor noster captiosam Scribarum et Phariseorum interrogationem apud Math. eludit: Nam apud Marcū & Lucam, ubi Apostolis seorsum propositæ quæstionis nodum dissoluit, nulla prorsus usus limitatione omnes omnino, qui legitimis uxoribus repudiatis, aliâs ducunt adulterij condemnat. Quicunq; (inquit) dimiserit uxorem suam & aliam duxerit adulterium committit. Rursum. Omnis qui dimittit uxorem suam & aliam ducit mœchatur.

Math. 19.

Mar.10. Luc.16.

XIII. Quin etiam Apostolus non dubius Christi Domini nostri interpres, luculentum ueritati huic testimonium alicubi perhibet. Mulier (inquit) quæ sub uiro est uiuente uiro, alligata est legi, si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum altero uiro. Hactenus Apostolus.

Rom.7.

XIIII. Ex quo, quod Aduersarij obmoliuntur, nullo negotio disijcitur. Nam cùm Matrimonium claudicare non ualeat, (consistit enim ratio eius in relatione, uel non absq; relatione) fit ut quemadmodum uxor uiuente uiro obstricta est legi uiri, ita uir uicissim uiuente uxore obstrictus sit legi uxoris.

c.Illud.de præsu. c.Quod autem. 29.q.1.

XV. Igitur si uir incolumi uxore, alteri fœminæ se coniungit, alterutrum committat necessum est, nempe ut uel uno eodemq; tempore duas simul habeat uxores, id quod diuinæ legi apertè repugnat: uel certè ut manifestæ mœchiæ crimine teneatur reus: quippe qui salua coniuge, alteri mulieri corporis sui copiam faciat.

Gen.2.

Math.19.

XVI. Hoc

XVI. *Hoc ipsum alijs, et quidem illustrioribus uerbis alibi quoq; confirmat. His (inquit) qui Matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego sed Dominus, uxorem à uiro nõ discedere, quòd si discesserit manere innuptam, aut uiro suo reconciliari: & uir uxorem non dimittat. Hic ijsdem utrumq; legibus constringit, & quod uni denegat, id alteri minimè concedit.*

1. Cor. 7.

XVII. *Quòd si nulla hic, neq; Christi neq; Apostoli extet interpretatio, grauißimo Ecclesiæ iudicio sæpius confirmata, adhuc tamen, quod contendit aduersarius, ex Euangelij contextu nequaq̃ euicerit.*

Conc. Flor. in Instr. Arme. Trid. sess. 24. c. 5.

XVIII. *Nam ut non consequitur, si homo est animal est, ergò si homo non est animal non est: ita legitima consequutione nequaq̃ infertur, uxorem probam & fidei coniugalis obseruantem dimittere, & aliam ducere non licet, ergo improbam & fidem coniugalem fallentem licet dimittere & aliam ducere: utrobiq; enim proceditur ab euersione antecedentis, ad euersionem consequentis, quam procedendi legem Scholæ, ueluti ἀσύστατον, meritò ab arte reijciunt. Omitto exceptionem, quæ ad alterum tantùm debuerat, perperam ad utrumq; membrum ab aduersarijs detorqueri.*

Prio. Ana.

XIX. *Deniq; statuere utriusuis coniugis fornicatione Matrimonij uinculum dissolui, aliud nihil est, quam cum ingenti plurimorum scandalo, & maximo liberorum incommodo Matrimonia pleraq; omnia euersum ire. Statim namq; qualicunq; inter coniuges oborta dissensione, si uerum desit, commentitium aliquod adulterium proferetur: atq; ita fiet, ut qui ob flagitia sua promeritas pœnas iure optimo debuissent pendere, ij, præter omnem iuris æquitatem, ex improbitate sua fructum reportent maximum.*

H e. inc. 19. Matt. c. Dixit Dominus. 32. q. 1

XX. *Fatemur interim Dominicam exceptionem obscuritate sua quibusdam etiam ex nostris imposuisse. Verùm cum sensum Ecclesiæ, & S. quoq; Patrum consensum dudum iam ea de re disertè habeamus expressum, ingentis temeritatis fuerit, benè definita & constituta, rursum ueluti dubia & incerta in quæstionem deuocare. Si quis dixerit (inquit Conc. Trid.) Ecclesiam errare cum docuit & docet iuxta Euangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum Matrimonij uinculum non posse dissolui, & utrumq; uel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse altero coniuge uiuente aliud Matrimonium contrahere, mœchariq; eum, qui dimissa adultera aliam duxerit, & eam quæ dimisso adultero alij nupserit, anathema sit.*

Caie. Amb. Cat. Pol. c. Puto. 32. q. 5. c. S vxorem. c. Horrendus. ead. c. Interueniente. c. Licite. c. Apostolus. c. Placuit. c. Dominus. c. Omnis. c. Si quis. c. Quemadmodum. 32. 7. Can. 7.

XXI. *Quia igitur Matrimonij cõsumati nexus citra alterius mortem rescindi nequit, utriq; coniugũ sedulò enitendũ est, ne ullum unq̃ diuortium*

interueniat: quòd si id perpetuò euitari non potest, proximum erit, ut postea animorum dissidio ad interruptam coniugij consuetudinem denuò redeant: nisi fortè durante illo diuortij interregno, legitimum aliquod redeundi impedimentum utriuis eorum accidisset.

Alex. 3. Abbati b. S Cadmundi & Deme. c. Ex parte. De spons. 1. Cor. 7.

XXII. Nam diuortio canonicè celebrato, non solùm insonti marito monasterium ingredi, uel sacerdotio initiari licet, sed ipsa etiam mœcha, si maritus sinat, solenni religionis uoto obstringere se potest.

c. Sane. c. Coniugatus. de cõu. cõi.

XXIII. Cæterùm ut uxor propter adulterium dimissa, ad eum, qui dimissionis causam nullam dederat reuocata, si nullo impedimento tenetur irretita, iure compellitur reuerti, ita è diuerso si post factum fornicationis causa diuortium, maritus coniugalem fidem uiolasse, uel nuptias cum alia muliere celebrasse deprehensus fuerit, uel nolens ad pristinum coniugium cogendus est redire.

Alex. 3. Amba. Ep. c. Ex literis. De diuor.

XXIIII. Nec quicq̃ patrocinij causæ illius adferret, si forte tergiuersando alleget, maiora plærumq; incommoda ex uxorum, quàm ex maritorum adulterijs proscaturire: Siquidem uterq; coniugum fidem fallendo lethaliter peccat, & uterq; alterius adulterio iustam diuortij faciundi causam impetrat, licèt ea facultate rariùs utantur uxores, frequentiùs mariti: Qui hac etiam parte potioris censeri possunt conditionis, quòd legum permissione, uxores suas in flagranti adulterij crimine deprehensas perimunt impunè, quamuis non inculpatè.

1. Cor. 6. Mat. 5. 19. c. Christiana. 32. q. 5. c. Apostolus. c. Uxor. c. Placuit. 32. q. 7. Exo. 20. Mat. 5.

XXV. Nam etsi Imperatoriæ leges, externam potius Reip: pacem, quàm internam conscientiarum tranquillitatem spectantes, matri uel filiæfamilias adulteræ cædem inferre permittant, & alia eius generis permulta dissimulent, Ecclesiæ tamen et immortalis Imperatoris nostri sanctiones, hæc omnia detestantur, & acerrimè alterobiq; uindicant.

L. Gracchus. C. ad L. Iul. de adul. L. Marito. ff. eodem. c. Quicunq̃ propriã. c. Interfectores. 33. q. 2. Ro. 12

XXVI. At hoc tamen nihil quicq̃ impedit, quò minùs innocentibus maritis fas sit adulteras uxores autoritate publica interposita punire, & supplicio etiam extremo, ubi moris est afficere. Quamuis interim multò moderatiùs, multóq; Christianæ mansuetudini conuenientiùs agunt, qui coniuges suas ex animo resipiscentes in gratiam recipiunt, quàm qui illatam iniuriam tam atrociter persequuntur.

c. Monere. 33. q. 2 c. Inter hæc. ead. Leui. 20. Deut. 22.

XXVII. Verùm utcunq; tandem uxoris flagitium expietur, plurimum tamen refert, publicó ne an priuato iudicio id fiat: Nam qui gladio à legitimo magistratu accepto, uxores suas è medio tollunt, nullum illi homicidij crimen admittunt, sed nec ullum quoq; obstaculũ Matrimonio postea contrahendo pariunt. At qui temerè & indicta causa id ipsum faciunt, præter

Leuit. 20. Deut. 22. c. Interfectores. c. Admonere. 33. q. 2.

domesticæ

domesticæ cædis turpitudinem, ad nouas etiam nuptias ostium sibi præcludunt.

XXVIII. *Attamen si quis ostio illo inconsultis legibus perfracto, Matrimoniū inuadit, non ideo est inde exturbandus: nisi cū ea forsan muliere Matrimonium redintegrasset, cuius maritum coniugij spe, per insidias trucidauerat, uel cum ea etiam, qua cum nuptiarum interposita sponsione, carnis consuetudinem habuerat.* c.Nullus. c.Illud uero.c. Si quis uiuẽte.31.q.1.c.Super hoc.c.Proposuit.de eo qui.

XXIX. *De Iudæorum repudio inter Patres non usq; quaq; conuenit: nobis cum D.August. & alijs non paucis grauißimis doctißimisq; uiris probabilius uidetur, uxorum repudium haud alia ratione Iudæis permissum fuisse, atq; permissum illis legitur usurarium aucupium, inimicorum odium, & alia eius generis complura: Hæc autem, ut palam est, non permittebantur tanq̃ minora bona, quo modo permittitur ab Apostolo usus Matrimonij, sed tanq̃ minora mala.* L.1.c.15.de serm. Domini in monte. De bono coniugali.c.9.18.

XXX. *Etenim cum populus ille durißimæ ceruicis, ad uxorium sanguinem fundendum esset paratißimus, Moses mansuetißimi animi Princeps grauius ducens exosam uxorem trucidari, quàm odij causa dimitti, permisit, ut dato exosis uxoribus repudij libello, alijs, si uellent, nuptijs operam darent.* Deut. 24. Math.19.5.

XXXI. *De secundo repudiatarum coniugio idem est iudicium: Nam si diuortio Mosaico coniugij nexus non rumpebatur, (ut meliorum Theologorum sententia docet) consequens fit, ut eiusmodi nuptiæ nothæ plane fuerint ac illicitæ: Siquidem nunq̃ fas fuit mulieri uni plurium simul maritorum consortio adhærere.* Aug. de bono cõiug c.8.& lib.19. c.28. contra Fau. D.Tho. 4. d.33. q.2.art.2.

PARS THESIVM VNDECIMA.

De uarijs Matrimonij impedimentis, & nuptijs clamdestinis.

I.



Vm Matrimonium ex plærisq; causis mutationi obnoxijs dependeat, fieri uix potest, ut pluribus quoq; casibus & impedimentis non sit expositum. D.Thom.in add. 3.p.q.51.art.1.

II. *Impedimentorū aūt non eadem omniū est ratio: quædā namq; Matrimonio ineundo ita refragantur, ut tñ initū non diuellant: quædā contra rescindunt etiam initum: hæc substantiam, illa solennitatem eius concernunt.* D.Thom.4.d. 34.q.1.art.2.

 III. *Cæterum*

III. *Cæterùm impedimenta, quæ Matrimonia falsò inita rescindunt, ea breuiter hisce uersiculis continentur,*

D. Thom. ead.

Error, conditio, uotum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, uis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si consummare nequibis.

Quorum tamen numero accessit & alterum quoq; clandestinorum Matrimoniorum contractus infirmans.

c. Aliter. 30. q. 5. [illegible] No- [illegible] eod.

IIII. *Nam cùm Ecclesia Catholica longo rerum usu compertum haberet, clancularia illa coniugia innumera passim mala parere, neq; tamen pœnis ullis aut comminationibus hominum improbitatem ab huiuscemodi coniugijs arceri posse, re diu multúmq; in pleno orbis Senatu deliberata atq; discussa, statuendũ putauit, atq; adeo reipsa cõstituit difiniuitq;, Matrimonia illiusmodi furtiua in posterũ pro irritis et omnino nullis sunt habẽda.*

Synod. Trid. sess. 24. c. 1. De refor. Matri.

V. *Igitur quicunq; posthac, ubi decretum illud legitimè extat promulgatum, secus quam præsente Parocho, uel alio Sacerdote de Parochi ipsius uel Ordinarij licentia, et duob. insuper uel tribus testibus præsentibus Matrimonium contrahere attentauerint, non solùm quod enitebantur non efficient, sed pœnam etiam Ordinarij arbitrio irrogandam capiti suo asciscent. Nec ipsi solùm, sed cæteri etiam omnes, quicunq; minorum testium numero tali forte contractui interfuerint.*

Ead. Sess. & cap.

VI. *Per hanc tamen sacræ & Oecumenicæ Synodi sanctionem, nihil quicq̃ præsidij aut autoritatis eorum sententiæ accedit, qui falsò persuasum habent, Matrimonia absq; parentum consensu à filijsfamilias contracta, iure esse inualida: atq; ideo pro libera parentum uoluntate discindi posse, & in alia commutari.*

Ibidem.

VII. *Nam ut Matrimonia clandestina libero contrahentium consensu inita, quàm diu Ecclesia ea irrita non fecerat, uera erant, licèt parum honesta, ita Matrimonia filiorumfamilias plena & libera consensione in præsentia Parochi, et duorum uel trium testium contracta rata sunt, etiamsi parentum uoluntas reclamet, & quod factum fuerat retractare contendat.*

Ead. Sess. & cap.

VIII. *Ad synceram decreti huius πρᾶξιν et obseruationẽ plurimum fecerit, constitutio illa innocentiana iam denuo instaurata, seuerè cauens ne ulla priùs connubia solenniter initientur, quàm à contrahentium Parocho, tribus continuis diebus festiuis inter Missarum solennia publicè denunciatum fuerit, inter quos Matrimonium sit contrahendum.*

c. Cum inhibitio. de clan. despon.

IX. *Nihilominus si periculum sit Matrimonium malitiosè impeditum iri, si tot præcedant denunciationes, citra ullã constitutionis illius iniuriam.*

Synod. Trid. sess. 24. c. 1. De refor. Matri.

una

una tantùm uel etiam nulla denunciatione præmissa, coram Parocho uel eius Vicario, & duobus uel tribus testibus ad Matrimonium celebrandum licebit procedere: & deinde si opus sit, aut Ordinario ita uisum fuerit, ante Matrimonij consumationem nonnullas denunciationes publicè proponere.

PARS THESIVM DVODECIMA.

De ui, seu metus impedimento.

I.



Vm iura omnia Matrimonia uelint esse libera, & tam uis quàm metus, uoluntarij rationem, uel tollant uel certè uehementer imminuant, fit ut Matrimonia ui uel metu contracta iure ipso censeantur inualida. c. Cum locum. c. Gemma. c. Veniens. De sponſ. c. Si uerũ. 31. q. 2.

II. *Attamen cùm statuitur nuptiarum robur metu infirmari, non est id intelligendum de metu leui aut undecunq; nato: sed de iusto et nuptiarũ causa incusso: leuis. n. uel aliundè natus Matrimonij contractum nequaq̃ infringit.* Hono. 3. Ep. Ber. c. Consultationi. De sponſ.

III. *Quare qui morbi uel alterius cuiusq̃ incommodi metu impulsus, in concubinæ nuptias consentit, nunq̃ aliàs consensurus, si cætera adsint, ex concubino legitimus efficitur maritus.*

IIII. *Pari modo qui iugulum propter admissum facinus porrigere iussus, ut uitam seruet, uili mulierculæ coniugium spondet, mox ualidis Sponsalibus implicatur. Cur ita? quia licèt uterq; metus censeri queat iustus, neuter tamen nuptiarum gratia illatus fuit.*

V. *Matrimoniũ per uim contractum certissimæ mortis interminatione proposita coactꝰ cõsummare, si prior dissensus in cõsensum nõ abierit, emori potiùs, atq; adeo extrema omnia perpeti debet, quàm tali coactioni assentiri.* Math. 6.

VI. *Nam etsi natura sua ἀδιάφορα, quamuis aliàs sub præceptũ cadant, propter iustum metũ iustè nonnunq̃ facta uel omissa uideri queant, nullius tamen metus causa licet fornicari, aut aliud quodcunq; opus intrinsecè malum perpetrare: coire autem cum non sua fornicationem esse & intrinsecè malum, in dubium uocari non debet.* Ephe. 5. Coll. 3. Mat. 7. Mat. 15. 1. Cor. 6.

VII. *Vehementi metu in Sponsalia uel Matrimonium iurare compulsus, ita iuratæ suæ sponsioni tenetur obstrictus, ut tamen absolutionem ab ea impetrare neutiq̃ inhibeatur: nisi forsan Matrimonium eiusmodi per uim contractum, cohabitatione spontanea, postea conualuisse comprobetur.* c. Verum. de iure iurando. c. Requisiuit. De sponſ.

VIII. *Inter raptorẽ et puellã raptã, quamdiu rapta in raptoris potestate manserit, solidũ Matrimoniũ cõsistere nõ potest: secus si rapta à raptore* Conc. Trid. Sess. 24. Can. 6.

separata,

separata, & in loco tuto & libero constituta, in raptoris nuptias consentiat, & ille uicißim sponsam raptam retinere non recuset.

Syno. Trid. ca. II eodemque ca. IX. *Verùm qualemcunque tandem successum nuptiæ post raptum sortiantur, attamen tam raptor ipse, quàm reliqui omnes, qui illi auxilium, consilium, aut fauorem præstiterant, perpetuò manent infames, & omnium præterea dignitatum incapaces.*

PARS THES. TERTIADECIMA.

De conditionatis nuptijs.

I.



Omine conditionis non personæ statum hoc loco accipimus, sed certam contractus legem.

D.Tho. 4. d. 29. q. 1. art. 3. q. 2. II. *Conditionum autem (præter generales illas, quæ etiam suppressæ ex natura rei censeri solent adiectæ, ut si Deus permiserit, si uita superstes fuerit) aliæ simpliciter sunt impoßibiles, aliæ absolutæ necessariæ, aliæ medio modo affectæ.*

D.Tho. eadem d. & art. III. *Medio modo affectarum seu contingentium, aliæ Matrimonio sunt consentaneæ: aliæ dissentaneæ. Et harum rursum quædam turpes sunt, quædam cum honestate quadam coniunctæ: omnibus autem hoc unum commune est, quod pro libera contrahentium uoluntate apponi possunt uerbis præsentem uel futurum actum significantibus.*

D.Tho. ead. d. eademque q. & art. IIII. *Cõditiones de futuro suapte natura necessariæ, quòd perinde habeantur, atque si iam tum existant, nuptialem pactionem in conditionis euentum non suspendunt.*

c. Si conditiones. de cond. appo. V. *Conditiones quæ expleri nullo modo possunt, ueluti non adiectæ Matrimonij contractum non immutant. Quare si qua huiusmodi contractui fuerit apposita, non hinc, sed aliunde aucupandum erit, uerùs ne inter contrahentes intercesserit consensus, an fictitius.*

c. De illis. de con. appo. VI. *At uero conditiones honestæ, quæ expleri et existere possunt, licèt interim ab hoc uel illo præstari nõ queant, ex necessariò in sui euentum coniugij pactum distrahunt.*

c. Conditiones. de con. appo. VII. *Conditiones Matrimonij rationi contrariæ, siue ex honestæ fuerint siue turpes, legitimum Matrimonium effici nulla ratione sinunt.*

D.Thom. 4. d. 29. q. 1. art. 3. VIII. *Conditio de futuro uerbis præsentem uoluntatis consensum exprimentibus adiecta, non efficit coniugium, sed tantùm sponsalia. In idem*

namque

namq; redit respondeas ne, contraho tecum si parenti placuerit, an dicas contraham tecum, si per patrem licuerit: Quam ob rem si ea pendente conditione uteruis eorum alias forte nuptias contraxerit, illæ erunt firmæ, priores nullæ.

IX. *Imò uero conditione ipsa extante adhuc conditionatæ illæ nuptiæ non censebuntur ualidæ, nisi noua & absoluta utriusq; consensione fuerint redintegratæ.* D.Thom. ead. d.& art.eod.

X. *Hæc autem consensus redintegratio tum maximè erit necessaria, quum conditio de futuro in materiam incidet illicitam: ut cum cognati uel affines spe Pontificiæ dispensationis de Matrimonio paciscuntur. Taceo Synodi Trid. sententia, indignos dispensationis beneficio eos censeri, qui huiusmodi fiducia incœstas nuptias inire non uerentur.* Sess.24.c.5.

XI. *Si quis (inqt) inter gradus prohibitos Matri. cõtrahere præsumpserit separetur, et spe cõsequendæ dispensationis careat: idq; multò magis in eo locum habeat, qui nõ tantùm Matrimonium contrahare, sed etiam consummare ausus fuerit: Quod si ignoranter id fecerit: siquidem solennitates requisitas in contrahendo Matrimonio neglexerit, iisdem subijciatur pœnis, cùm non sit dignus, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cuius salubria præcepta temerè contempserit: Si uerò solennitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuerit, tunc facilius, & gratis cum eo dispensari poterit.* Eadẽ Sess.& cap.

XII. *Cæterùm quæ de conditionum ratione hactenùs exposita sunt, ea ad forum externum, ubi præsumptionibus et coniecturis plurimus locus est, potissimùm spectant: Nam quod ad forum internum attinet, certum est citra mutuum contrahentium consensum, Matrimonium constitui nullum posse, quamcunq; tandem sententiam Ecclesia auditis eiusmodi conditionibus de Matrimonio tulerit.* c.Sufficiat. 27.q.2.

PARS THES. QVARTADECIMA.

De status & personæ errore, & contrahentium ætate.

I.



Rror quoq;, quo coniugum alter in coniugis alterius persona labitur, credens esse Corneliam, quæ fuerat Sempronia, uel Mænium qui fuerat Bauius, solet nuptiarũ ualiditati obsistere: nisi er- c.Quod autem. 29.q.1. D.Thom.4. d.30.art.1.

rore tandem cognito ad carnis cōiunctionem nihilosecius procedatur. Qualitatis autem & fortunæ error tunc demum nuptijs officiunt, cùm deducuntur in pactum, secus nequaquam.

II. *Qualitatis error erit, ut si corrupta est, quam uirginem putabam, insulsus quem credebam egregiè cordatum: Fortunæ error est, si sit rerum omnium egens, quem prædiuitem existimabam, obscurus quem illustrem arbitrabar. Cauendum est tamen ne quandò qualitatis aut fortunæ errorem, cum personæ errore confundamus.*

D.Thom. ead.

III. *Nam etsi regia magnificentia personæ conditionem potiùs, quàm substantiam concernere uideatur, tamen si qua prænobilis fæmina determinatè regis primogenito coniungi consensit, quicunq; tandem ille sit, & hac eius animi sententia stante, alius quispiam originem, quam non habebat ementitus in primogeniti regij locum se subijcit, cui illa nihil fraudis suspicata nubit, nullæ hic ueræ conciliantur nuptiæ.*

D.Tho. 4. d. 30. art. 2. ad 1.

IIII. *Contra uerò si qua huic præfinito, quem cum sit humili loco natus, pro illustri tamen habet, sponte nubit, ualidis mox Matrimonij pedicis inuoluitur. Cur tamen diuersum? quia hic apertè erratur in fortuna, non in persona: illic uice uersa error committitur in persona, non etiam in fortuna.*

D.Thom. ead. d. & art.

V. *Quin ille etiam error, quo coniugum alteruter in coniugis alterius conditione decipitur, existimans ingenuam esse, quæ erat serua, nuptiarum firmitati officit: nisi forsan seruitutis conditione postea comperta, quod per ignoratione͂ acciderat utrinq; ratum habeatur, & per carnis copulam confirmetur: aut ea sponsi dum connubium iniretur, de sponsa steterit sententia, ut si maximè de seruitutis conditione palam constitisset, eam nihilo secius in uxorem ducturus erat: uel is deniq; qui eiusmodi errore tenebatur, seruilis quoq; sortis fuerat. Sola nanq; seruitus à libero coniuge ignorata, Matrimonij firmitatem infringit.*

c. Proposuit. de coniug. ser. c. Si quis. 29. q. 2.

VI. *Quòd si horum nihil intercesserit, adhuc tamen nuptiæ publicè contractæ non priùs erunt rescindendæ, quàm is cui serui nomen imponitur, de seruitutis suæ nota canonicè fuerit reuictus.*

c. Nullum. c. Iudicantem. 30. q. 5.

VII. *Qui eo temporis articulo, quo Matrimonium contrahitur liber est, etsi proximè ante illud momentum, miseræ seruituti semper fuerit obstrictus, à contracto Matrimonio iure non potest proscribi: etiamsi uxor ob præteritæ seruitutis infamiam deceptam se conquerens instet, & diuortium postulet: Nisi forsan libertas quam alter coniugum uenditat, non sit simplex & absoluta, sed tantùm temporanea: Nam qui ita manumissus est, ut serui-*

tuti

tuti postea seruiendæ adhuc hæreat irretitus, is neutiq̄ pro libero, sed pro uero mancipio meritò est habendus.

VIII. *Hoc tamen non impedit, quò minùs ingenuo coniugi, si necessitas postulet, ius sit in seruitutem se dedere, uel plusculo etiam temporis spacio negociorum uel studiorum causa, procul ab uxore ætatem agere.* c.Perlatū.29.q.2 & c.Cuius. ead.

IX. *Non modò inter seruum & ancillam, sed inter ancillam etiam & herum, herilemùe filium legitima Matrimonia iniri possunt.* c.Omnib.29.q.2 c.Si quis ancillam.ead.

X. *Nihilominus quòd mancipia plena corporis sui potestate minimè potiantur, si inconsultis dominis de Matrimonio inter se paciscuntur, non erit ijs integrum, quoties fert animus, contractis nuptijs operam dare.*

XI. *At peccaret tamen non leuiter herus, si mancipium suum coniugio obstrictum, in cōiugij fraudem in terras longinquas distraheret, aut alio modo coniugij usum ei adimeret. Quandoquidem non solùm Matrimonij contractus, sed contracti etiam Matrimonij usus iuris est naturæ, cui ius gentium, à quo seruitus profluxit, præiudicare temerè non debet.* c.Dictū.29.q.2 c.Ius naturale.d.1

XII. *Tametsi usu receptum sit, & legibus confirmatum, ut proles imitetur uentrem, aut deterioris parentis conditionem, tamen si nulla legum aut consuetudinum habita ratione, ius tantùm naturæ spectemus, neutrius simpliciter & in solidum, sed utriúsq; sortem simul certo quodam ordine sequi deberet.* c.Indecens.de ua.ex lib.ven.

XIII. *Negari nullo modo potest, quin intempestiua illa iuuenculorum, ac penè adhuc puerorum coniugia, non minima secum incommoda adferant: attamen si contrahentes eius ætatis extiterint ambo, ut seruitutis cui sese obstringunt, naturam aliquo modo intelligant, & nuptias contractas per carnis copulam confirmare queant, poterunt, si uelint, Matrimonij iugo ceruices suas supponere.* c.Puberes. De spons.imp.

XIIII. *Et quamuis non idem sit, coæuorum omnium iudicium, aut idem corporis robur (plus enim quandoq; sapit & potest puer urbanus benè natus & institutus decem aut undecim annorum, quàm ruri educatus octodecim aut etiam plurium) tamen quia masculus quartumdecimum, & fœmina duodecimū ætatis annum egreßi, ingenij uiribus plusculum iam ualere incipiunt, legum præsumptione id annorum spacium ambo emensi, contrahendis Matrimonijs censentur idonei, non etiam ante, nisi forsan urgentißima aliqua necessitas, aliud postulare uideretur.* c.Continebatur. c.Attestationes. c.Literas. De spons.imp.

De frigidis, maleficiatis, furiosis etc.

I.

1.Cor.7. c.Quod autem. 27.q.2 Greg. Vin.Ep.c.Requisiuisti. 33.q.1. Greg.Ioan.Raue.



Qui debitum carnis reddere nequeunt, siue uitium illud proueniat ex ætate, siue ex corporis habitudine, siue ex alia quacunq; causa, ij ut maximè uelint, legitimi tñ coniuges effici nullo modo possunt. Quare si post initum publicè Matrimonium ijusmodi fratris & sororis loco sibi mutuo esse non uolunt, exposita coram legitimo iudice causa, separari poterunt.

c.Laudabilem. c.Literæ. de frig. & male.

II. *Verumtamen quia usu uenire potest, ut qui ab initio censebatur impotens, potens deinde ex temporis decursu efficiatur, ne Matrimonia publicè contracta, temerè discindi uideantur, non prius ei, qui impedimentum nullum patitur, ad alias nuptias migrare licebit: quàm tempore à iure præfi[...] ꝯ Matrimonio consummando seria utrinq; opera nauata sit.*

c. Accepisti. de & male.

III. *Quòd si facto propter uirium imbecillitatem diuortio, imbecillitatis suæ condemnatus, coniugum cum alia redintegrasse deprehensus fuerit, ad pristinum torum uel inuitus redire compelletur: nisi ea forsan organorum sit constitutio, ut hic illi maritus, uel hæc illi uxor, citra grauem corporis cruciatum esse non queat, alteri autem queat.*

c.Fraternitatis. c.Ex literis. de frig.& mal.

IIII. *Neq; enim, cum eiusmodi quippiam euenerit, cum uitæ periculo remedium adhibere oportebit: sed satis erit, si id ea in re adhibeatur, quod salua honestate & corporis incolumitate commode adhiberi potuit: quod si eo adhibito conatus non succedit, impedimentum pro simpliciter immedicabili habendum erit.*

c.Si per sortiarias.33.q.1.

V. *Maleficium perpetuum undecunq; tandem uel quomodocunq; natum, ubi primùm legitimè comprobatum fuerit, non minus diuellit Matrimonij contractum, quàm perpetuæ frigiditatis uitium.*

c.Qui sine.26. q.2. Deut.8. 1.Regum 28. Leui.19.

VI. *Perpetuum autem id iure meritóq; censerè licet, quod alia uia aut ratione, quàm per alterum maleficium, aut alium quemcunq; actum illicitum semoueri non potest. Neq; enim homini Christiano ita aliquando desipiendum erit, ut qualecunq; corporis incommodum opera dæmonis profligatum quærat cupiátue.*

Car.Cai.4.1.q.2 Scot.4.d.34.

VII. *Hoc tamen nihil prohibet, quò minùs fas sit maleficum prece uel precio inducere, ut symbola illa pactionalia, quibus hærentibus diabolus maleficium efficit, semoueat: Siquidem semotio ista hæc per quemcunq; tandem fiat bona est & licita.*

VIII. Quòd

VIII. Quòd si Matrimonio propter maleficium diuulso, & altero denuò cum altero uel altera contracto pridem maleficio impediti conueniant, & facto periculo Matrimonium consummens, deserto coniugio posteriori, hic illis persistendum erit: quandoquidem maleficium illud non perpetuam, sed temporaneam tantùm impedimenti causam continebat. c. Laudabilem. c. Literae. de frig. & male.

IX. Neq; furia, neq; alia ulla mentis perturbatio aut uirium defectio Matrimonio cõsumato adueniens uim eius infirmat. At uerò μανία nuptiarum pactioni intercedens, si eò excreuerat, ut rationis lucem teneret planè absorptam, coniugij nexum effici nequaquã sinit. c. Dilectus. De sponſ. c. Hi qui. 32. q. 7. c. 1. Vsq; furiosus. eod.

X. Et quemadmodum furiosus grassante furia ad Matrimonij contractum non admittitur, sed neq; legitimè admitti potest, ita eadem etiam grassante ad usum Matrimonij ante contracti admitti temerè non debet, undecunq; tandem huiusmodi mentis impotentia profluxerit. Roma. 12.

PARS THES. SEXTADECIMA.

De incœstu & alijs quibusdam criminibus legitimo nuptiarum contractui officientibus.

I.



Flagitium incœstus in coniugis sororem uel cognatam ex proposito lapsum, incœsto coniugi utrumq; adimit, & ius petendi debiti uxore uiua, & facultatem praeterea connubij instaurandi uxore defuncta, non pari tamen gradu. c. In lectum. c. Si quis cum. c. Si quis cũ duab. c Quidã. 34. q. 1. c. Si quis. c. Iordanç. de eo qui.

II. Nam incœstu pollutum fuisse, sponsae alienae uim obtulisse, coniugem propriam, uel sacrorum mystam priuata autoritate è medio sustulisse, ex se genitos in fraudem Matrimonij sacris lymphis tinxisse, aut citra necessitatem ex uiuifico fonte suscepisse, solenniter pœnituisse, cum uirgine sacra sacrilegas nuptias miscuisse, uel alia quaedam huiusmodi designasse, ita obstaculo sunt Matrimonio contrahendo, ut tamen contractum non rescindant. c. Transmissae. de eo. qui. c. Interfectores. c. Admonere. 33. q. 2. c. Qui Presbyterũ. c. De eo. 30. q. 2 c. Si quis rapu. 22. q. 1. c. Hi ergo. eadẽ. c. De his

III. Caeterùm iura illa & Canones, quae incœsto coniugi secundis nuptijs interdicunt, neutiquã ad eum sunt referenda, qui cum sorore uel cognata uxoris designatae commercium habuit: sed ad eum, qui post contractum Matrimonium, uxoris suae cognata quouis modo abusus fuit. c. Antiqu. 33. q 2. c. D Cretionẽ. de eo qui. c. De incœstis. 25. q. 2. & 3. per totum.

IIII. Enimuero cum coniugis designatae sorore carnis consuetudinem habuisse, nullam incœstus praefert speciem, sed simplicis tantùm fornicationis: efficit tamen concubitus hic, ut Matrimonium cum personae carnaliter

cognitæ sorore uel cognata postea initum, propter affinitatis necessitudinem ex eiusmodi commercio exortam, iure ipso sit inualidum.

c. Si quis. c. De sponsa.27.q.2.

V. *Et ut coniugium cum ea muliere contractum, cuius tu cognata olim quauis ratione, etiam sine schemate Matrimonij potitus es, non consistit, ita uicissim nuptiæ cum ea fæmina initæ, cum qua sanguine tibi coniunctus rem ueneream aliquando exercuit, nullarum uirium existunt.*

Syn. Trid. sess. 24. c. 2.

VI. *Veruntamen impedimentum illud, quod propter affinitatem ex fornicatione natam inducitur, non procedit in immensum, sed ad eos tantùm restringitur, qui in primo uel secundo affinitatis gradu sese attingunt, in ulterioribus gradibus hac ætate nullum amplius robur obtinet.*

Rom. 7. 1. Cor. 7.

VII. *Qui uno Matrimonij iugo premitur, alterum quousq; de morte absentis coniugis certò constiterit, legitimè subire non potest.*

c. Qui per bellicã. c. Cum in captiuitate. 34. q. 1.

VIII. *Quare si qua mulier marito diutiùs absente, cuius de morte falsum indiciũ acceperat, alteri se copulauit, eo post, quẽ mortuũ credebat reuerso, citra ullã cunctationẽ aut tergiuersationẽ posteriori nunciũ debebit mittere.*

PARS THES. SEPTIMADECIMA.

De ordinis & uoti impedimentis.

I.



Vm uerbi diuini prædicatio, & assidua cœlestium mysteriorum dispensatio animum poscat à curis & seculi huius negocijs uacuum, & ad Deum Opt. Max. erectum, res uerò uxoriæ propter carnis illecebras, quibus subindè uacandum est, mentis aciem uehementer obtundant, & non paucas quoq; molestias secum adducant, decenter admodum interdictum est ijs Matrimonio, qui sacro altaris ministerio sunt adscripti. Si (inquit D. Hier.) laicus & quicunq; fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali, Sacerdoti ergò cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia semper orandum est: si semper orandum est, ergo semper ei carendum Matrimonio.

c. De Diacono. Qui cle. vel vo. c. Ex literã. eo. tit. c. Si laicus. c. Si sacerdotibus. c. Episcopos. c. Tenere. d. 31.

II. *Veruntamen quod carnis castimonia de intrinseca ministerij huius ratione nõ existat, si qua magna necessitas, uel euidens Reip. Christianæ utilitas id postularet, posset nonnullis etiam sacris initiatis Matrimoniũ cõcedi.*

D. Thom. 22. q. 88. art. 11.

III. *At quamuis sacrorum mystæ legitimi mariti effici nõ queant, mariti tamen, (si nullo canonico impedimento laborent, & liberum suorum uxorum consensum habeant) clericorum albo legitimè aggregari ualent.*

c. Coniugatus. c. Sane. c. Cũ sis. c. Cũ ad Apostolicã. de con. cõiug.

IIII. Ideò

IIII. Ideò autem coniugij iugo preßis citra liberum uxorum suarum consensum sacerdotio initiari non licet, quia secundum Apostolicam traditionem, & perpetuam Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem, non solùm Episcoporum & Presbyterorum coniuges, sed Diaconorum etiam & Hypodiaconorum uxores à maritalibus amplexibus perpetuò abstinere debent. Syno.6.ca.12: c.Sane.c.Cum sis: de conuers. coniu.

V. Nam quòd Orientalis Ecclesiæ sacrifici coniugio ante sacerdotium contracto paßim utantur, id non canonicè, sed contra synceriores S. Patrum Canones faciunt. Reuera (inquit Epiphanius) non suscipit sancta Dei prædicatio, post Christi aduentum eos, qui à nuptijs mortua ipsorum uxore, secundis nuptijs coniuncti sunt: sed adhuc uiuentem & liberos gignentem unius uxoris uirum non suscepit, sed eum qui se ab una continuit, aut in uiduitate uixit, Diaconum, Presbyterum, & Episcopum, & Hypodiaconum, maximè ubi synceri sunt canones. Li.2. tom.1. hær. 59. & lib.3. in cõpendiaria doctrina fidei Catholicæ.

VI. Huic Epiphanianæ sententiæ, præter Euseb. Chryso. Hier. Amb. Greg. Nicol. Sixtum & alios complures, subscribunt non paucæ S. Synodorum sanctiones: ita ut mirum uideri queat, fabulam illam de Paphuntiana contradictione, quam refert Socra. hactenus fidem obtinere potuisse. Eus. Demonstr. Euag. lib.1.c.9. Chrys. Hom.2. de patientia Iob. Hier. cõt. Iou. li.1. Amb. in Apol. ad Pand. Arel. Sy.2. c.2. & 3. Elib. c.33. Nice. c.3.

VII. Nec roboris quicq̃ aut autoritatis Socraticæ narrationi cõcillat quòd graui cũ interminatione alicubi inhibeatur, ne Episcopi uel Presbyteri uxores suas religionis obtentu abijciant: siquidem Canon ille, de alimentorum cura & administratione, non de tori consuetudine cauet. Omnino (inquit Leo ad Nicetæ scriptum respondens) confitemur non licere Episcopo uel Presbytero uel Diacono propriam uxorem, abijcere à sua cura, sed ut ei uictum & uestitum largiatur, sed non ut cum ea carnaliter iaceat. Can.6. Apost. c.Omnino. d. 31.

VIII. Tametsi coniugium uirginitati per se non repugnet, (Nam & illi quoq;, qui in contracto Matrimonio castitatem retinent uerorum coniugum rationem non amittunt) attamen quòd consensio in coniugium, consensum in actum coniugalem tacitè includat, (neq; enim uir corporis sui potestatem habet, sed mulier, & è diuerso) fit ut Matrimonium castitatis uoto quàm maximè refragetur. c.Veniens. de reg. c.Sane. de cõ. cõi. c.Sicut. c.Viduas. c.Neq. 27.q.1.

IX. Quare qui solenni castitatis uoto obstricti coniugium ineunt, adeo legitimi coniuges non efficiuntur, ut certam etiam damnationem sibi pariant. Vouentibus (inquit Hiero.) uirginitatem non solùm nubere, sed etiam uelle nubere damnabile est. Rursum. Si nupserit uirgo nõ peccat, non illa uirgo, quæ semet cultui diuino consecrauit, harum enim si qua nupserit habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. c. Insinuante. Qui cle. vel vou. c.Vouentibus. c.Sunt quæ. c.Anamas. c.Qui bona. 27.q.1. c.Hos qui. de consan. & affinit.

X. Nec

X. *Nec ea tamen res integerrimæ Virginis Matris castimoniæ quicq̃ omnino derogat. Nam etsi prudens uirgo coniugij leges non ignoraret, tamen quia Spiritusancto edocta compertũ habebat, neutrum unq̃ suo in alterum iure usurum: quin potiùs sanctum illud uirginitatis propositum ante nuptias conceptum, post contractum Matrimonij uinculum, utroq; consentiente, arctißimo uoti nexu iri confirmatum, citra ullum uirginitatis suæ præiudicium, in castißimi Iosephi coniugium potuit consentire, & reipsa liberè & absolutè consensit.*

c. Beata Marie. 27. q. 2.

Math. 1.

XI. *Votum castitatis per S. Ordinis susceptionem aut monasticæ uitæ profeßionem nondum solennizatum, obstaculo quidem est Matrimonio canonicè ineundo, initũ tamen non dissoluit: quippe quod S. Patrum interpretatione simplicem tantùm de futuro promißionem contineat. Atq; huc alludit D. Aug. dum ait: Quidam nubentes post uotum asserunt adulteros esse, ego autem dico uobis, quod grauiter peccant, qui tales diuidunt.*

c. Meminimus. c. Consuluit. c. Rursus. Qui Cle. vel uoue.

XII. *Peccant tamen lethaliter, quicunq; huiusmodi uinculo impliciti, nuptias celebrant, aut celebratis operam dant: Nam quod in se est, tenentur perpetuæ uitæ castimoniam retinere, coniugij tamen debitum reddere non prohibentur.*

1. Timo. 5. Greg. Bonif. Ep. c. Viduas. 27. q. 1.

XIII. *Votum solenniter nondum æditum, iudicio Ecclesiæ subiacet in solidum. Quare dum neceßitas aut publica utilitas efflagitat, Ecclesia ab eiusmodi uoto absoluit simpliciter & directè: A uoto autem solenni simpliciter & directè non absoluit, neq; absoluere potest, potest tamen autoritate sua interposita illud interpretari.*

c. Veniens. c. Insinuante. Qui Cler. vel uoue. ex Alc. 3

PARS THE. DVODEVIGESIMA.

De cultus seu religionis disparitate.

I.

Deut. 7.

c. Caue Christian. c. Si quis Iudaicæ. 28. q. 1.



T Iudæorum populo nefas erat, cum Cananæis connubia miscerè, ita his, qui Christiano nomine censemur prophanum est, sceleristimeq; inhibitum, ne cum illo prorsus Iudæo uel Pagano Matrimonij fœdera ineant.

II. *Quòd si nulla extet sanctio huiusmodi connubia ueluti sacrilega condemnans, irritáq; decernens, ius tamen naturæ persuadeat, neq; fidam coniugij societatem inter diuersæ religionis coniuges consistere, neq; prolem ullam ex eiusmodi Matrimonio susceptam, constanter in Religione & fide Catholica institui posse.*

2. Cor. 7.

III. *Et quo-*

III. *Et quoniam æquè prophanum & magis etiam periculosum est, si mulier catholica hæretico copuletur marito, atq; si pagano uel Iudæo nuptui detur, S. Patres utrumq; nuptiarum genus eodem loco habent. Non (inquit Cōc. Chalcedonense) copulari debet nuptura cum hæretico, Iudæo* c.13.dist.32.
uel pagano, nisi promittat per personæ orthodoxæ copulam, ad fidem se uelle transferre. c. Quoniam.
Rursum Syno. Aga. Non oportet cum hominibus hæreticis c. Non oportet.
miscere connubia, uel filios aut filias illis dare, sed potiùs accipere, si tamen 28.q.1.
profiteantur se Christianos esse futuros & Catholicos.

IIII. *Intercedit tamen nonnullum inter isthæc discrimen. Siquidem connubia cum Iudæis uel paganis inita constitutione Ecclesiastica non sunt* c. Si quis Iudæ:
ulla: cum hæreticis autem & scismaticis contracta, propter indelebilem fi- 28.q.1.& c. Caue Chri. ead.
dei caracterem, non sunt nulla, licet interim non sint legitima.

V. *Ceterùm quòd hæc rituum religionisq; diuersitas Matrimonia iure diuino non infirmet, si ratio fidei aut magna necessitas id postulare uide-* 1.Cor.7.
retur, posset Ecclesia sponsam hæreticam uel etiam infidelem ad Catholici Principis coniungium admittere.

PARS THES. VNDEVIGESIMA.

De triplicis cognationis impedimento.

I.

NOn solùm diuersæ religionis homines nuptias inter se contraha- Leui.18.
re prohibentur, uerumetiam cognati & affines.

II. *Cognationis nomine uinculum quoddam politicum ac-* D.Tho. 4.d.
cipimus, quò inter se illi uinciuntur & colligantur, qui ab eodem 40 q.1 art.1. Phil.8.Eth.
sanguine uel familia descendunt, uel alia eiusmodi ratione se mutuò attingunt.

III. *Et cum tres cognationis sint species, legalis una, naturalis altera,* D.Thom. ead. d.
spiritalis tertia, harum quælibet Matrimonio legitimè contrahendo obstat, et q.ar.3.& d.41. q.1.ar.1.& d.42.
& de facto contractum infringit. Affinitas quod eiusdem ferè rationis sit q.1.art.1.& q.2. art.1.
cum cognatione naturali, nullam per se cognationis speciem constituit.

IIII. *Vnaquælibet istarum cognationum in lineas, & lineæ rursum in* D.Tho.4.d.40.
gradus secerni solent. Lineæ uocabulo seriem personarum attinentium, gra- q.1.art.2.
dibus ueluti punctis quibusdam inter se distinctarum intelligimus.

V. *Constituunt autem Doct. duplicem personarum coniunctarum or-* D.Tho. ead. q.
dinem: directum unum, transuersum alterum. Lineam directam (tametsi re- eodemq; art.

ipsa una sit) pleriq; diuidunt in superiorem & inferiorem, siue, quod idem est, in ascendentem & descendentem. Linea ascendens est parentum, descendens liberorum: hac enim appellatione generatim omnes eos uocare licebit, qui ordine directo aliquo usq; ascendũt uel descendunt. Ex transuerso autem locamur cognati. Nam licet a parentibus meis & ipsi quoq; descendant, in me tamen non influunt, neq; ego in ipsos, sed aliorsum deflectunt.

c. Ad sedem. c. Parentelæ. c. Primo gradu. 35. q. 5.

VI. *In primo consanguinitatis gradu superne constituuntur pater mater, inferne filius filia, ex transuerso soror frater. In secundo superne auus auia, inferne nepos neptis, ex transuerso autem auunculus patruus, amita matertera. In tertio superne proauus proauia, Inferne pronepos proneptis, ex obliquo patruus magnus, auunculus magnus, amita magna, matertera magna. In quarto superne abauus abauia, inferne abnepos abneptis, ex latere propatruus proauunculus, proamita promatertera, & horum omnium filij & cognati, singuli in suis gradibus & ordinibus.*

Doct. in expo. arb. cons.

VII. *Cæterum ne in gradibus istis decernendis erretur, præceptum hoc generale tenendum est, nempe ut in subducendo graduum ascendentium & descendentium calculo, tot gradus censeantur, quot recensentur personæ, una duntaxat dempta: stipes enim per se gradum non constituit, sed est terminus, ad quem reliqui omnes referuntur.*

c. Quod dilectio. de consang & aff. c. Vir. eod. tit.

VIII. *In transuersa uero linea, hæc sit uniuersalis regula: nimirum ut unusquilibet ex collateralibus meis tot à me gradibus distare dicatur, quot gradibus is á stipite distat á nobis, qui ab ipso stipite remotior abest. Quare si ego à stipite duobus tantùm punctis absum, tu tamen ab eodem illo stipite quatuor distes interuallis, quarto cõsanguinitatis gradu me attinges: quòd si neuter altero longiùs á stipite absit, tot cognationis gradus inter nos referentur, quot nostrum uterq; á communi stipite disiitus est.*

Scot. Dura. Palu. Syl. Archi. Io. And. Hug.

IX. *Quòd uerò ad impedimenti huius rationem attinet, cognatorum recta in se inuicem linea influentium prohibitio nullo certo fine (ut quibusdam placet) continetur, sed protenditur in infinitum.*

c. Non debet. de cõsang. & affini. Ad Heb. 7. 8. Actor. 15. Leui. 18.

X. *Verùm cùm ius Ecclesiasticum Matrimonia extra quartum cognationis gradum contracta, nulla prorsus facta limitatione, legitima censeat, nullumq; nunc robur lex Mosaica obtineat (cuius tamen etiam prohibitio non est immensa) & Euangelium nulla graduum facta mentione, ea tantùm uetet, quæ uel intrinsecè mala sunt, uel certè mali speciem præseferunt, arbitramur iure Ecclesiastico secluso, eos duntaxat gradus nuptiarum firmitatem labefacere, qui intestinam aliquam fœditatem in se includunt. Eiusmodi autem gradus etiam in linea recta non sunt admodum multi, quamuis tamen non sint omnino nulli.*

XI. *Enimuero*

XI. Enimuero Matrimoniū inter patrē et filiam, rursum inter matrem & filiū initum, natura sua adeo profanū est & incœstū, ut nulla lege aut necessitate fieri queat legitimū. Idem nonnulli de coniugio aui & neptis, auiæ rursum & nepotis statuunt: sed sanè non exiguum inter horum & illorum nuptias interuallum est: licet interim legis relaxatio neutrobiq; ullū locum habeat aut usum. At uerò in alijs remotioribus eiusdem lineæ gradibus iuris interpretationem locum habere posse, dubium nobis nullum est. Leui. 18. Gen. 21 D. Tho. 4. d. 40. q. 1. art. 3. & 22. q. 154. art. 9.

XII. Coniugia inter consanguineos secundo cognationis gradu in linea obliqua se attingentes contracta inualida quidem censentur: Ecclesiæ tamen autoritate ualida fieri possunt, quamuis non ex æquo. Leui. 18. c. Parentelæ. c. Primo gradu 35. q. 5.

XIII. Etenim multò faciliùs multòq; decentiùs consobrinus, patruus, uel auunculus ad consobrinæ nuptias admittitur, quàm è diuerso consobrinus ad connubium amitæ uel materteræ: hic namq; obseruantia illa naturalis, quæ maioribus debetur, omnino interuertitur, illic integra conseruatur.

XIIII. Eandem legis interpretationem quidam in primo quoq; eiusdem obliquæ lineæ gradu admitti posse contendunt: Verū quòd nullum post Christum natum, huius factæ interpretationis exemplum aut euidens satis extet indicium, arbitrámur eiusmodi Matrimonia, hoc rerum statu sanctè iniri non posse: secus si terrarum orbis ad primordialem illam hominum solitudinem denuò in totum uel in partem redigeretur. Scot. Dura. Ric. 4. d. 41. Caie. 22. q. 154. art. 9. c. Quod autem. 35. q. 1.

XV. His cognationis gradibus Ecclesia pro data sibi potestate adiecit nonnullos etiam alios, nuptiarum contractum non secus infirmantes atq; pauci illi, quos modò in numerum retulimus. D. Tho. in add. 3. p. q. 54. art. 4. Syno. Trid. Sess. 24. c. 3. & 4.

XVI. Falluntur enim grauiter aduersarij, dum eos tantùm gradus nuptijs officere tradunt, qui duodeuigesimo Leuitici recensentur: Nam neq; hi soli, neq; etiam omnes, Ecclesiæ autoritate seclusa, officiunt. Vnde Syn. Trid. Si quis dixerit eos tantùm consanguinitatis & affinitatis gradus, qui in Leuitico exprimuntur posse impedire Matrimonium contrahendum & dirimere contractum, nec posse Ecclesiam in nonullis illorum dispensare, aut constituere ut plures impediant & dirimant: anathema sit. Can. 3.

PARS THESIVM VIGESIMA.

De affinitatis impedimento.

I.



Vemadmodū sanguinis coniunctio, ad quartā usq; generationem propagata legitimū nuptiarū contractū impedit, ita eidem etiam affinitatis necessitudo obicē nō mediocrē ponit. c. Ex literis. c. Non de cōsang.

 II. Est

II. Est autem affinitas nexus quidam metaphoricus, ex carnali consuetudine ortus, nulla ad sui rationem parentela aut sanguinis propinquitate indigens.

D.Tho.4.d.41. q.1.art.1.

III. Etenim cùm iuxta Apostoli sententiam, ueneri operam dantes una efficiantur caro, consequens fit, ut oẽs illi, qui tibi sanguine sunt propinqui, ei efficiantur affines, cum qua tibi carnalis consuetudo intercessit, & omnes ipsius mulieris consanguinei, tibi uicissim fiant affines: tu uerò & mulier, cum qua tibi carnis commercium fuit, non affines, sed affinitatis tantùm principium estis: Tui quoq; cognati nullo affinitatis nexu, consanguineis fœminæ ab te cognitæ coniunguntur.

1.Cor.6. c.Porro.35.q.5. c.Quod super his. de cõsang.& affi.

IIII. Quondam uinculum illud affinitatis in tria genera diffundebatur: Primum constituebatur inter me et fratris mei uxorem: secundum fratre meo defuncto, inter me & secundum uxoris fratris mei maritum: tertium mortua fratria mea, inter me & secundam uxorem mariti gloris meæ: nunc uerò reliquis duobus abrogatis, primum tantum locum habet.

c. Non debet. de cõsang.& affini.

V. Quòd uerò ad necessitudinis huius causam effectricem attinet, nihil omnino refert, fuerit ne congressus legitimus, an contra legem usurpatus. Nam per illicitam carnis commixtionem, affinitas quoq; impediendis nuptijs apta contrahitur, quamuis ea noua Conc. Trid. constitutione secundum gradum modo non excedat.

D.Tho. 4.d.41. art.1.q.3.

VI. Ex hac qualicunq; affinitatis explicatione manifestum fit, ex Matrimonio per carnis copulam nondum consumato, propriã affinitatis rationem oriri non posse, multò uerò minùs ex sponsalib. etiã legitimè contractis.

D.Tho. 4.d.41. art.1.q.4.ad 2.

VII. Attamen ut ex ualidis sponsalibus publicæ honestatis nascitur iustitia Matrimoniũ aliquo tenus impediẽs, ita ex huiusmodi Matrimonio rato oritur quiddam affinitati cognatum, nuptiali pactioni non minùs quàm uera affinitas obsistens.

c.Ex sponsalib. c.Sponsam. De spons. D.Thom.4.d. 41.art.1.q.4.

VIII. Sed neq; ex quauis corporum coniunctione hæc affinitatis necessitudo contrahitur. Sed ex ea tantum, ex qua, seclusis impedimentis, uteri fœcunditas nata est sequi.

c.Extraordinaria.35.q.2.&.3. D.Tho.4.d.41. art.1.q.3.ad 3.& art.4.q.2.ad.4.

IX. Habet autem affinitas haud secus atq; generis propinquitas tres omnino ordines seu lineas: ascendentium unam, descendentium alteram, collateralium tertiam. In primo gradu ascendentium occurrunt socrus socer, uitricus nouerca, descendentium gener nurus, priuignus priuigna, collateralium sororius leuir glos fratria etc.

c.Porro.de affini. c.Quod autem. 35.q.5.

X. At uerò licèt utrobiq;, in affinitate inq̃ & generis propinquitate eadẽ ferè ordinum & graduum sit obseruatio, non eodem tamen utrobiq; dispensandi ratio existit.

c. De propinquis. c. De affinitate. 35.q.2.& 3. D.Tho. 4 d.41. art.2.q.3.

XI. Nam

XI. *Nam legis relaxationem (quæ in primo cognationis gradu nullum usum habet) in primum transuersum affinitatis gradum cadere posse, non solùm consuetudine* Ecclesiæ *receptum est, sed multorum etiam sanctissimorum martyrum sanguine confirmatum est.* c. Deus qui de diuor.

XII. *Pari modo licèt super primo affinitatis gradu rectilineo nunquam hactenus sit dispensatum, attamen si extrema necessitas legis interpretationem quandoq; efflagitaret, nemini ambiguum est, quin multo ea decentius hic, quàm in primo consanguinitatis gradu admitti posset, imò hic admitti non posset, ibi forte posset.*

XIII. *Refert autem plurimum intrinsecam graduum istorum rationem utcunq; exploratam habere: primò quidem ut palàm constet, qui nam eorum admittant* Ecclesiæ *interpretationem, qui item eandem respuant: deinde ne clam sit, quos cõiuges ex paganismo uel Iudaismo ad fidei lucem conuersos, oporteat segregare, quos item in contracto ante* Baptismum Matrimonio *confirmare: postremò ut certa inter fœtus adulterinos & legitimò toro procreatos habeatur discretio: siquidem non solum extra coniugium nothi nascuntur, sed nonnunquam etiam in ipso coniugio, secus quàm oportuit, hoc est contra ius diuinum uel humanum contracto.* c. De infidelibus. de cõian. & affin.

XIIII. *Quàm aũt misera ac calamitosa spuriorum sit conditio, id* Inno. *eius nominis tertius, luculenter his exponit uerbis. Quia (inquit) tam lex* Mosaica, *quàm Canonica sobolẽ susceptam ex adulterio detestatur, testante* Domino, *quòd* Manseres *& spurij usq; ad decimam generationẽ non intrabunt in* Ecclesiam, Canone *uerò uetante tales ad sacros ordines promoueri, secularibus quoq; legibus non solùm repellentibus eos à successione paterna, sed negantibus ipsis etiam alimenta, petitioni tuæ non duximus annuendum.* a. Per venerabilē. Qui fil. sint leg.

XV. *Et quamuis* Christus Dominus *noster nihil secernat inter* Græcum *&* Iudæum, *legitimum & spurium, modò omnes* Euangelio *consentaneè uitam suam instituant, neutiquam tamen eorum consilia improbare, aut iudicia condemnare credendus est, qui* Dei Opt. Max. *exemplo, peccata parentum in filijs quodammodo punientes, semen huiusmodi nothum, pœnis quibusdam ciuilibus subijciunt.* Collo. 3. c. Per venerab. Qui fil. sint leg. c. Consuluit. De ser. coniu.

XVI. *Veruntamen ut spurij immorigeri, & paternorum uitiorum æmuli iustè puniuntur, ita è diuerso probi & uitæ honestate conspicui, iustè nonnunquam ad honores et dignitates etiam* Ecclesiasticas *promouentur: quamuis ob populi scandalum & improbitatis periculum, alterum illud aliquanto moderatiùs plerunq; posset fieri.* c. Literas. c. Nimis. De filijs Pre.

PARS THES. VIGESIMA PRIMA.

De ſpiritalis & legalis cognationum obſtaculo.

I.

c.Verum.c.Martinus.de cog ſpiri. c.Si qua.de co. le.



Non ſolùm autem affinitas et ſanguinis propinquitas contrahendis nuptijs obſtaculo ſunt, ſed ſpiritalis quoq; & legalis cognatio non leue ſæpe impedimentum iiſdem exiſtunt.

D.Tho.4.d.42. & in add. 3.p. q.57.art.1.

II. *Cognatio legalis eſt neceßitudinis uinculum ex adoptione natum, qua ea, quæ pridem non erat, incipit mihi eſſe ſoror uel mater etc. Nam quamdiu adoptio durauerit, inter me & ipſam, firmæ nuptiæ coaleſcere non queunt.*

Doct.4.d.42. c.Si qua.de cog. leg.c. Per adoptionem.30.q.3. D.Tho.4 d. 42. q.2.art.2.

III. *Conſtituunt autē Doctо.geminam adoptionis ſpeciem, alterā temporalem, alteram perpetuam. Temporalē impediendarum nuptiarum cauſam continet ea, quæ inter te et eam intercedit, quæ tibi per adoptionē ſoror eſſe cœpit: Nam per adoptionem quæſita fraternitas tantiſper impedit, dum manet. Perpetuam autem prohibitionis cauſam cōtinet, quæ inter adoptantem & adoptatum, huiúſue uel illius coniugem interuenit, Nam adoptatione etiam per emancipationem diſſoluta Matrimonium adhuc impeditur.*

c.Veniens.de cog.ſpiri.

IIII. *Cognatio ſpiritalis inde exoritur, quod quiſpiam alteri Baptiſmi uel Confirmationis Sacramentum impendit, uel dum impenderetur tanq̃ pater uel ſpiritalis pædagogus aſtitit.*

c.Contracto.de cog.ſpirit. c.Per catechiſmum.eod.tit.5.

V *Ex Catechiſmo autem, & reliquorum Sacramentorum adminiſtratione, hoc tempore nullum ſpiritalis cognationis impedimentum naſcitur: olim tamen ex impenſa catecheſi deriuabatur quiddam ſpiritali cognationi affine, Matrimonio legitimè contrahendo officiens quidem, contractum tamen non dirimens.*

Cōc.Tri.ſeſ.24. c.2. De refor. Matri.

VI. *Initur aūt cognatio hæc ſpiritalis inter tres tantùm perſonarum ordines: uidelicet inter baptizatum uel confirmatum, et illum qui Baptiſmi uel Confirmationis Sacramentum adminiſtrát: uel Baptiſmum Confirmationémue ſuſcepturo, ueluti tutor aſtat, & ipſius baptizati parentes. Inde tamen ante Conc.Trid. definitionem ea cognatio ad alias quoq; perſonas diffundebatur, nempe ad miniſtrorum & ſuſceptorum uxores & liberos.*

c.Martin. c.Tua nos. c.Ex literis. de cogn. ſpiri.

c.Quãuis nō plures.de cog.ſpir.6.

VII. *Quanq̃ iuxta Canonum inſtituta uir unus tantùm, uel mulier una tantùm ſpiritalis patroni munus præſtare deberet, attamen ſi plures huc acceſſerint, contrahent & illi quoq; cognationem ſpiritalem, coniugium cum baptizata uel baptizatæ matre poſtea contractum diſſoluens.*

De nuptiali ritu & solennitate.

I.



Voniam uerò iuxta Scripturæ traditionem, omnia tempus habēt, & ordine omnia decemerq; in Ecclesia fieri debent, decentißime cautum est, ut in Quadragesima, & alijs quibusdam temporibus, quæ Maiores nostri precibus diuinoq; cultui potißimùm consecrata uoluerunt: à nuptiarum solennitatibus abstineatur. Ecc.3. 1.Cor.14. Syn.Tri.sess. 24. c.Quotiescunq;. c.Vir cum. c.Nō oportet.c.Non licet. c.Fratres. 33.q.4.

II. *Tum etiam ne priùs nuptias pacti coniugale pactum carnis copula confirment, quàm à parentibus uel ab alijs eorum curam habentibus Ecclesiæ oblati, solenni benedictione initientur.* c.Aliter. c.Sponsos.30.q.5.

III. *Nec tamen quibusuis promiscuè solennis illa benedictio impertienda erit, sed ijs duntaxat, qui primo nubunt. Quod si Curio quispiam secus fecerit, pro benedictione temere impensa, noxam debitámq; Ecclesiæ censuram sibi accerset.* c.Capellanum. c.Vir autem. de secund.nupt.

IIII. *Cùm controuersiæ Matrimonium concernentes ad iudices Ecclesiasticos in solidum pertineant: consequens fit ut seculares magistratus, quarumlibet etiam facultatum uigore, eos in huiusmodi causis impedire, aut eorum iurisdictionem quouis modo inuadere nullo modo debeant.* Conc.Trident. sess.24.c.12.

V. *Quod autem ad iudicij formam attinet proceditur hic plerumq; planiùs, minoreq; strepitu, quàm in alijs consuetum est fieri.* Laus Deo. c.Cū in tua.c.Preterea.De spōs.& A nobis.Qui Matr.

Sub præsidio R. P. Theo. Peltani Docto. Theologi, et Professoris ordinarij, defendet Geog: Schuueickhart Dilinganus artium Magister, & SS. Theologiæ Baccalaureus.

Discutientur, Christo Duce, proxima die Sabbati.

Errata crasßiora, quæ festinante prelo in contextum irrepserunt, amice Lector sic emendato. Pag.2 lege Ingol. Parte 3.the.5.callide.p.5.the.5.nō ideo. p.7 the.7. quomodocunq;. p 10.the.5.diuortio. p.11.the.4.esse hab. p.14. the.4.tam p.18, the.1.ullo p.16.incestus.

